2

DORMI SECVRE:
Vel
CYNOSVRA PROFESSORVM
AC STUDIOSORVM ELOQVENTIÆ:

in qua

Viginti Themata Oratoria,

NON SOLVM STVDIOSIS, SED & Profeſſoribus eloquentiæ ac pietatis veræ amantibus, utiliſſima & perneceſſaria.

Studio & induſtria,

D. MATTHÆI TIMPII SS. Theol. Licent. Rectoris Collegii Dett. apud Monaſt. proponuntur.

Cum INDICE *rerum atq; verborum locupleti.*

PARS SECVNDA.

Editio poſterior, emendata, & thematis aliquot aucta.

(*⁎*)

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud JODOCUM KALCOVIUM,
ANNO M. DC. L.
Cum ſpeciali Privilegio S. Cæſ. Majeſt.

*C*Autum eſt Privilegio S. Cæſareæ Maieſtatis ne quis librum hunc Matthæi Tympii, cui titulus: Dormi ſecurè, ſeu Cynoſura Profeſſorum, *&c.* à *Petro Brachel excuſum invito ipſo recudat: aut in S. Imperii finibus, diſtrahat: ſub pœna ſex auri puri Marcarum & confiſcationis librorum: ut latiùs in Originali.*

Dieſes Käyſ. *Privilegium cedire* vnd überlaſſe *Iodoco Kalcoven* Buchhandlern/heut dato den ſiebenden *Decembris*, 1647.

Peter von Brachel.

Digitized by Google

STVDIOSO
LECTORI, S.

PRÆSENTEM libellum, non recuſum modo, ſed & multis modis emendatum damus; addita etiam SECVNDA & TERTIA PARTIBVS: in quibus varia itidem Themata non minus utilitatis, formandis Rhetoricantiũ ſtudiis, quàm oblectationis, multifaria rerum cognitione inſtruẽdis animis habentia. Non ingratum hunc doctiſſimi viri laborem Studioſæ Iuventuti fuiſſe, ex præcedentis libelli diſtractione intellexi. Qua excitatus, ſimul ut quà poſſem ſtudioſæ Iuventutis utilitatibus ſervirem: in hoc reexcudendo nulli neq; labori neq; ſumptui peperci. Sed malo res ipſa loquatur. Illud tantum rogo, ſi quid fortè minus perfectum aut elaboratum occurrat, ut cogites, hic non perfectam Eloquentiæ proponi ſpeciem, ſed ſceleta tantum & rudimenta tradi, ita tamẽ ut tam tyrones, quàm adultiores hic, quod ſtudiis ſuis conducat, reperturi ſint, Vale & fruere.

THEMATVM,

Sive

ORATIONUM HUIUS PARTIS SECVNDÆ

INDEX.

Antecategoriæ trium Fratrum, continentes Encomia,

I. Medicinæ. pag. 1

II. Iurisprudentiæ. 3

III. Theologiæ. 6

IV. Parœneſis ad ſtudioſos, ne ſe hyemis acerbitate à ſtudiis literarum ſinant deterreri. 9

V. Encomium Matrimonii. 11

VI. Iuvenes indoctos à ſacris Ordinibus eſſe arcendos. 16

VII. Quod ſacra Deo offerentibus partem Reip. poſſidere liceat. 18

VIII. Nullam eſſe veram Remp. ſine virtute ac vera religione. 20

IX. Parœneſis ad quotidianum examen conſcientiæ. 25

X. Commendatio Philoſophiæ. 31

XI. De notitia ſui. 39

XII. De excellentia hominis ante lapſum. 51

XIII. De miſeria humana poſt lapſum. 65

XIV. Parœneſis ad caſtitatem. 74

XV. De laudibus ſtudii Theologici. 90

XVI. Encomium Theologiæ Scholaſticæ. 113.

XVII. Adhortatio ad continuam meditationem præſentiæ Dei. 128

XVIII. De priſcæ & noſtræ ætatis Eccleſiaſticis, deque modo venerandam Antiquitatis faciem revocandi. 156

XIX. Parœneſis ad pœnitentiam. 185

XX. De conſcientia. 216

XXI. De ſilentio ſeu oris cuſtodia 230

ANTI-

ANTIKATHTOPIA TRIVM FRATRVM MEDICI, JURISCONSULTI, & Theologi, de hæreditate.

I. MEDICI PATRONVS PRImus dicet.

EXORDIUM *ducetur ab ipſa re & judicum perſona*: quod trium fratrum patre defuncto graviſſima, ut ſit, contentio ſit exorta de hæreditate, tibiq; primæ partes commiſſæ ſint, quam controverſiam ut judices pro ſua humanitate & ſapientia libenter cognoſcere & judicare velint precaberis.

Propositio: Te igitur controverſiam ipſam judicibus brevi narratione explicaturum, deinde medici cauſam evidentibus & firmiſſimis rationibus confirmaturum. *vid. Philip. Beroald. in declam.*

Narratio: Mutius Scævola, piæ memoriæ, vir eximius, cùm bonam bonorum ſuorum partem in liberaliſſimam filiorum, quorum ſinguli ſingularem ſcientiam amplexi ſunt, educationem contuliſſet, & filii ſuis ſcientiis emerſiſſent, teſtamento ſolum hæredem conſtituit eum filium, cujus ſcientia digniſſima, utiliſſima, & Reip. maxime neceſſaria foret. Contendunt igitur fratres, cui hæreditas paterna cedere debeat, & quiſque ſuam ſcientiam ejuſmodi eſſe aſſerit.

Transitio Ad Confirmationem. Controver-

troverſiam nunc eſſe auditam; reſtare, ut probetur medicinam, quam defendendam ſumpſi, eſſe ſcientiam digniſſimam, utiliſſimam, & Reip. cum primis neceſſariam.

CONFIRMATIO DIGNITATIS. 1. *A cauſa efficiente*: quòd altiſſimus creârit medicum, & quod à Deo omnis medela ſit: Eccle. 38. *Honora medicum, &c.*

2. *A ſigno*, quòd ad aulas principum, ad arces nobilium, ad familias divitum vocentur medici, quòd cum principibus, nobilibus & divitibus familiariſſima conſuetudine utantur. *Ioſeph præcepit ut patrem defunctum aromatibus condirent.*

CONFIRMATIO VTILITATIS: *Ab effectis*, quòd ſanitatem largiatur, qua quidem homini nihil melius contingere poteſt. Horatius:

Si ventri bene, ſi lateri, pedibusq; tuis, nil
Divitiæ poterunt regales addere majus.

Amplificabitur hæc utilitas ab innumeris morborum generibus, quæ medicina curantur: item ſi explicetur, quàm latè medicinæ uſus pateat, quòd non ægrotis ſolùm, ſed ſanis etiam conferat, Non enim morbi pellendi ſolum ſunt ab ægrotis, verùm etiam arcendi à ſanis. Hinc nonnulli duplicem tradiderunt medicinam, unam removentem morbos, alteram promoventem ad perfectam ſanitatem: prior ægrotis, poſterior ſanis convenit.

PRÆOCCUPATIO: quòd Chriſtus dicat nõ opus eſſe medico benè valentibus, ſed malè habentibus id de pellendis ſolum, non de arcendis morbis intelligendum. Chriſtus enim reprehenſus, quòd cum publicanis & peccatoribus manducaret & biberet, hac ſententia ſe excuſavit. *Luc. 5.*

CONFIRMATIO NECESSITATIS: 1. *à fine*, ut vita conſervetur & ſanitas, & morbi depellantur, quæ certè neceſſaria ſunt; niſi brevi humanum

genus

genus extinctum velimus. Syr 38. 2. *à deſtinatis*, quod celebriores urbes medicos alant, quorum opera & cives, & finitimi utantur, & quod in Academiis non minus Profeſſores medici ſua ſtipendia habeant à magiſtratu, quam aliarum artium ac ſcientiarum Profeſſores.

CONFUTATIO. Quòd quidam objiciunt, in manu Dei conſiſtere omnia, atq; Deum optimum eſſe medicum, id quidem verum eſt; ſed neceſſariam atq; utiliſſimam medicorum operam non tollit, quia Deus agit per media. Si ſic argumentari vellemus, tolleremus labores humanos & induſtriam. Verùm hoc foret Deum tentare; non prudenter ſecundum ejus voluntatem vivere. Voluit Deus noſtram agnoſcere imbecillitatem, & ſuam potentiam, quando per res creatas nobis longè inferiores nos curat. Adhæc quòd medicus nón ſemper ſuum finem cõſequitur, non tam artis, quam malè utentis vitium eſt, ſi quis medicinam non ad præſcriptum medici ſumat, neque ſuo modo & tempore, nam: *Temporibus medicina valet*, ut Ovid. canit.

CONCLUSIO: Ex dictis docebit ſatis patere, medicæ artis ſcientiam eſſe & digniſſimam, & utiliſſimam, & Reip. maximè neceſſariam, atq; ob id hæreditatem, de qua controverſia eſt, medico deberi, juxta ultimam defuncti patris voluntatem, quæ omnibus firma & rata eſſe debet.

II. IVRISCONSVLTI PATRONVS probabit non medico, ſed Iuriſconſulto hæreditatem deberi.

EXORDIUM repetet, judices jam cognoviſſe qualis controverſia exorta ſit inter tres fratres, Medicum, Juriſconſultum, & Theologum de hæreditate, quæ certa conditione ipſis legata eſt, & quòd Medicus cenſeat ſibi eam deberi.

Propositio: Se igitur probaturum, non medicum, ſed juriſconſultum teſtamento hæredem eſſe ſcriptum, quod huic potiſſimum conditiones in teſtamento aſſignatæ conveniant.

Confirmatio Dignitatis *à ſubjecto circa quod verſatur Iuriſconſultus, quæ eſt juſtitia virtutum omnium regina.* Adhæc ſic circa juſtitiam, quæ animi eſt, juriſconſultus, verſatur etiam circa ipſum animum. Ex quo conficitur, eum longè digniorem eſſe medico, qui corporis duntaxat curam gerit, quod animo infinitis partibus cedit, & ſine eo ſubſiſtere nequit: animus verò ſine corpore maximè. Præterea juriſconſulti frequentiores ſunt apud Imperatores, duces & Principes, quam medici, imò quot habēt conſiliarios illi, tot juriſconſultos habent, ut conſiliarii nomen nemo tueri queat, qui non ſit juriſconſultus. Quin etiam ipſi Imperatores quodammodo juriſconſulti eſſe debent, juris, & legum non imperiti. Hinc Juſtinianus 1. lib. ſuarum Inſtit. ſic exorditur: *Imperatoriam majeſtatem non ſolum armis decoratā, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, ut utrumq; tempus & bellorum & pacis rectè poſſit gubernari, & princeps Romanus non ſolum in hoſtilibus præliis victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, ut fiat tam juris religioſiſſimus, quam victis hoſtibus triumphator magnificus.* Quin etiam in ſtatu Eccleſiaſtico eos videas dignitate & authoritate præire, qui hac ſcientia pollent. Hanc ergo ſcientiam digniſſimam eſſe, quæ ſuos cultores dignitate præcellere facit, nemo dubitat, ut rectè Cic. dixerit: *Auris civilis ſummo ſemper in honore fuit cognitio atq; interpretatio.* *Cic. 2. de Off.*

Confirmatio Vtilitatis:

1. *Ab authoritate* Ciceronis, qui inquit: *Si eſſet cognitio juris magna ac difficilis, tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad ſuſcipiendum diſcendi laborem impellere.* *1. de Orat.*

2. *Ab*

2. *Ab effectis.* 1. *quod bona conſilia ſuppeditet juriſconſultus.* Cicero: *Domus juriſconſulti eſt totius civitatis oraculum; ab illo tanquam ab Apolline reſponſa, vitaq; conſilia poſtulantur: illi aurea munera tanquam Delphico Apollini deferuntur: illius januam frequens ſemper turba frequentat, & qui dubii atq; incerti ad eum accedunt, acceptis tanquam à Deo reſponſis firmi atque certiſſimi revertuntur.* Qui ob res juriſconſulti, & ſacerdotes, & pontifices appellati, & humanarum divinarumque rerum interpretes, duces vitæ, divitiarum dignitatumq; poſſeſſores, Deorum immortalium vicem in terris agere judicantur. *Ibid.*

2. Quòd *pacem & concordiam conſervet*, cùm contentiones hominum jure & legibus dirimat.

3. Quòd *turbatas Reſpublicas juris interpretatione placare & ſedare poſſit.* Cùm enim quid rectum, quid iniquum ſit explicat, non poſſunt non hominum mentes, quibus vel mica humanitatis ineſt, flecti ad concordiam. Quibus omnibus convincitur, juriſconſulti ſcientiam arte medica longè utiliorem eſſe. Nam etiamſi medicus morbos pellat, etiamſi omnes ſanet & valentes conſervet, tamen felices homines eſſe non poterunt, niſi pax & concordia ſerventur; niſi jure regantur, ſine quo nulla Reſp. florere poteſt.

Confirmatio Necessitatis, *à ſimili*, quòd quemadmodum pax & concordia neceſſaria ſunt hominibus, ita quoq; illa ſcientia, qua iſta conſervantur, quæ eſt Juriſprudentia.

A deſtinatis: Quòd non unus & alter Profeſſor huius ſcientiæ publicè alatur, ſed plures in Academiis, imò in ſcholis etiam Trivialibus elementa & principia quædam Juris in ſuprema claſſe tradantur.

Ab exemplo Alexandri Severi Imp. Romani, qui ſuum corpus periculo objecit pro Juriſconſulto,

etiam ſuo pallio Vlpianum Juriſconſultum, cuius ipſe conſilio utebatur, protexit, cum milites eius vitam peterent, oſtendens quanto ſtudio Juriſconſultus conſervandus ſit, & quàm neceſſariò retinendus.

Confutatio: Si qui Juriſconſulti amplis muneribus corrumpantur, id non ſcientiæ, ſed abuſus vitium eſt, neq; abuſus dignitatem, utilitatem ac neceſſitatem rei tollere debet. Quid eſt, ſi abuſum ſpectes, quod non relinquendum videatur?

1. Triſt. *Quid prodeſt, quod non lædere poſſit idem?*
Igne quid utilius: ſi quis tamen urere tecta
Comparet, audaces inſtruit igne manus.

4. Tuſc. Cicero ait: *Nullum id eſſe argumentum, dicere, Philoſophiam non prodeſſe, quòd quidam non perfecti Philoſophi turpiter vivant.*

Concluſio. Satis jam demonſtratum eſſe, non medicum ſed juriſconſultum hæredem eſſe pronuntiandum; ut igitur judices quod ſui ſit muneris agant & juſtè tandem pro juriſconſulto & juris patrono ſententiam ferant.

III. THEOLOGI PATRONVS PRObabit, neque medico, neque juriſconſulto, ſed Theologo ex teſtamento paterno hæreditatem deberi.

Exordium captabit benevolentiam à perſona Judicum & Rei. Dicet enim ſe animadvertiſſe ſingularem Judicum benevolentiam & attentionem in cauſa medici & juriſconſulti audienda: bona ergo ſe eſſe ſpe quod idem facturi ſint nunc in patrocinio Theologi, idque potiſſimum, quòd ille non ſua ſed communis ſalutis cauſa; non hæreditatis obtinendæ, ſed veritatis defendendæ: non opum quas Theologus contemnere debet, ſed pietatis ſtudio hoc faciat: ut hinc pateat ampliſſima

pliſſimâ Theologiæ dignitas, incredibilis utilitas, & ſumma neceſſitas, ut pateat, quã non modò arti medicæ & juriſprudentiæ, verùm etiam reliquis omnibus ſcientiis præferenda ſit Theologia ut inde animi adoleſcentum ad eam magis accendãtur, & illi imprimis, qui huic ſtudio idonei ſunt.

PROPOSITIO: probaturum igitur ſe huius ſcientiæ dignitatem eximiam, utilitatem immenſam, & neceſſitatem inauditam.

CONFIRMATIO DIGNITATIS *à nobiliſſimo ſubjecto, Deo & rebus divinis*, quòd Theologi animus ſemper Deum & divina contempletur, quòd cum Deo & Dei ſpiritu ſemper loquatur, ſi probè fungatur ſuo munere. Si ergo dignitas eſt juriſconſulti in eo quod circa juſtitiam & animum nobiliorem hominis partem verſatur: ſi medici pariter juriſconſulto in hoc conſiſtit, quòd cum principibus huius mundi verſantur, maximè Theologi erit, quòd non circa juſtitiam ſolùm, ſed ipſam juſtitię fontem Deum, omnium rerum creatorem & conſervatorem occupatus ſit, cum eo loquatur & familiariter agat. Eſt profectò ars medica honoranda, ut ſacræ præcipiunt litteræ & juriſprudentia magni faciénda, veluti à majoribus noſtris, & optimis quibusq; ſemper factitatum accepimus: ſed Theologia ob dictam cauſam meritò tenet primas.

CONFIRMATIO VTILITATIS *ab effectis per collationem effectuum medici & juriſconſulti.*

1. Quod ſanitatem non corporis, ut ars medica, ſed animæ doceat: nam,

Theologis animam ſubjecit lapſus Adami,
Et corpus Medicis & bona Iuridicis.

Quòd bona conſilia nõ huius ſolum vitæ & tranquillitatis, ut juris & legum cognitio, ſed futuræ etiam conſervandæ largiatur. Cùm enim docet, quomodo erga Deum & hominẽ homo ſe gerere

 debeat,

debeat, quomodo Dei voluntatem exequi, quomodo ſalutem operari, quid quæſo, tradit aliud, quàm animæ curam & ſalutem, futuræque vitæ conſecutionem? Horum enim executione vitam æternam conſequimur. Quantum igitur corpori præſtat anima, & corporis ſaluti animæ ſalus, quantum futura vita præſenti, tantum Theologia quoque utilior cenſenda eſt arte medica & juriſprudentia.

2. Quòd liberet ab æterna damnatione & tormentis gehennæ ignis, in quibus dives ille epulo quam ſuam una aquæ guttula refrigerari paululum expetebat pro magno beneficio. Si bonum fuiſſet illi, vel tantillum conſequi levamen, quantum cenſendum eſt; ſi quis planè liberetur?

3. Si pacem parit Jurisprudentia, multò magis Theologia, quæ nos unius capitis membra, unius paſtoris oves tradit; quæ docet non ulciſci inimicos, ſed juvare; non invidere illis, ſed benè cupere; non contra illos inſurgere & armari, ſed pro ipſis orare. Hinc pacem pariunt, inimicos reconciliant. Si enim *reſponſio mollis iram frangit*, ut Sapiens ait, quanto magis beneficium pro maleficio redditum mitigat & placat hoſtilem animum?

4. Quod Theologia efficere poſſimus, ſi ei acquieſcere velimus, ut neque juriſconſultis, neque medicis opus ſit. Si enim ſobriè viveremus, juxta Theologorum doctrinam, non incideremus in tam varios morbos. Et ſi proximum diligeremus ſicut noſmetipſos, non opus eſſet juriſconſultis. Sponte enim tribueremus cuiq; ſuum.

CONFIRMATIO NECESSITATIS. 1. *Ab authoritate divina*, quòd Chriſtus dicat unum eſſe neceſſarium; quo ſine dubio ſalutis curam & meditationem intellexit, quam docet Theologia. Salute enim neglecta, præſtaret hominem non eſſe natum. Nam melius foret non eſſe, quam eſſe natum ad malum & tormenta.

2. *A fine*, ut intelligamus S. Scripturam, quæ non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtit, ut tollantur hæreſes & ſectæ, Theologia enim ſanam doctrinam conſervat & firmas rationes contra hæreticorum errores ſuppeditat. Sine hac nemo facile obſiſtet. Nam, ut Tertul. inquit, *in ipſo congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum ſcrupulo dimittunt.* *De præſc. hæret.*

Conclusio *ab adhortatione ad judices*, ut cùm videant dignitate, utilitate & neceſſitate Theologum longè ſuperare Medicum & Iuriſconſultum, pro ipſo conſtanti & infracto animo ſententiam dicant, non ut Theologus inde diteſcat, ſed ut veritas innoteſcat, atque illud quod primas obtinere debet, obtineat, & reip. omniumque ſaluti conſulatur.

IV. PARÆNESIS PRÆCEPTORIS ad diſcipulos, ut hyemis acerbitate à literarum ſtudiis ſe deterreri non ſinant.

Exordium *ducetur à perſona auditorum per collationem*, quòd cùm omnes homines facilè deterreri ſoleant ab honeſto aliquo & laudabili vitæ inſtituto; tum adoleſcentes, quorum ætas temeraria & rerum adhuc imperita ſenum regenda & conſtituenda eſt prudentia. *Cic. 2. de Offic.*

Propositio: Te igitur præceptorem diſcipulorum tuorum ſalutis, uti par eſt, ſtudioſiſſimum, diſcipulos jam in hyemem ac ſtudia remiſſos admoniturum, ut ne ſinant hiemis moleſtiam & acerbitatem impedire rem tam honeſtam.

Confirmatio *ab honeſto*, quòd id demum honeſtum ſit, ſi ab honeſto vitæ genere non deſiſtas propter moleſtias & labores. Nam non tam laudabile *Ciceroni* fuit, quòd Oratorum princeps evaſit,

ſit, cùm natura propemodum Orator eſſet; quàm *Demoſthenes*, qui licet primam iſtius artis literam eloqui non poſſet, tamen vehementi ſtudio naturam reluctantem planè expugnavit. Non *Herculi* id nomen dedit, quòd plurimas res geſſit, ſed quòd cùm intellexiſſet longa deliberatione gloriæ & nominis viam eſſe duriſſimam, eam elegit & invicto animo continuavit & abſolvit. Non adeò prædicatur *Cleanthes*, quòd rerũ cognitione excelluit, quàm quòd ſumma induſtria & inaudita vigilia eam ſibi comparavit: fertur enim interdiu aquam hauſiſſe, quo labore victum ſibi acquirebat, & noctu ſtudiis vacaſſe, cùm membra laboribus diutnis defatigata, quietem poſtularent. unde pro Cleanthe φρεάντλης dictus eſt.

A pari: quòd quemadmodum æſtate æſtum ſtudioſorum gratia hilari animo pertulêre: ſic nũc frigora non inviti perferre debeant, memores iſtius Horatii: *Qui ſtudet optatam*, &c. *Hoc amplificabitur à maiori:* quòd facilius frigora ferri poſſint, quia illis ſuccurratur calidis hypocauſtis, cùm æſtus nullum habeat refrigerium, quare etiam quibusdam in locis æſtate ſub canicula intermittuntur ſtudia, hyeme verò ubique continuantur.

A minori quòd opifices victus ſolius gratia & corporis alendi vim frigoris perferant: quare non artium candidatus eruditionis comparandæ & animi excolendi perferret?

A majori: Venatores, ut Cicero ait, pernoctant in nive, in montibus uri ſe patiuntur, & literarum ſtudioſus ſcientiæ comparandæ gratia evitaret frigora inter parietes & domicilia? — 2. *Tuſc.*

Aliter à majori: Martis milites vulnera patiuntur & pericula mortis ſubeunt exigui ſtipendii exſpectatione; & Minervæ milites frigora devitarent ut artes addiſcant, quibus ſe & vitam ſuam excolant, & quid verè ſit vivere, diſcant; Ariſtoteles enim

enim indoctos mortuis comparare ſolebat. Ariſtippus verò indoctum ne hominem quidem eſſe ſentiebat.

Ab Vtili, quod ſi nunc frigora tolerēt & animum bonis literis excolant, futurum ſit, ut tandem emergant, & celebres, fiant, quòd aliquot exemplis confirmabitur: Demoſthenis, Ciceronis, Ariſtotelis, Platonis.

Ab utili, contrarij: quòd ſi modò remiſerint diligentiam & otiari cæperint, metuendum ſit, ut ea quæ ſuperiore æſtate percepta ſunt, quorum nondum habitum conſecuti ſint, facilè excidant. Diſpoſitio enim rei inchoatæ facile perit, omnium philoſophorum ſententia.

A facili: quòd facilè frigora nunc perpeti poterunt, modò velint, quia jam à parentibus melius veſtiti ſint.

A turpi contrarii: Turpe fore, ſi benè vel mediocriter ſaltem veſtiti hyemis injurias ferre nolint, cùm parentes nullos ſubterfugiant labores, ut liberos ſuos veſtire poſſint & munire contra omnē aëris injuriam.

CONFUTATIUNCULA *quadam* τῶ ἀδυνάτου: Eſſe tantam hyemis vim ut ferri nequeat. Videas ſæpè mendicos, qui nudis propemodum pedibus in acerrimo gelu & denſis nivibus per plateas oberrant, & ſtipem quærunt, neque frigore tamen pereunt. Senes quoque quibus minus eſt caloris naturalis, quàm adoleſcentibus non ſegnius ſua munia obeunt hyberno tempore, quam æſtivo Ergo quo ad iſtis fieri poteſt, nemini ἀδύνατον videri debere: frigora non impediunt mercatorum itinera.

CONCLUSIO per repetitionem præcipuorum argumentorum, & adhortationem ad hyemis injurias fortiter & conſtanter ferendas.

V. EN-

V. ENCOMIVM MATRI-monii.

EXORDIUM *captabit attentionem à neceſſitate & utilitate doctrinæ de Matrimonio*, quòd cognita eius ſanctitate multa ad Chriſtianam ſocietatem pervenire poſſint emolumenta, & contra ea ignorata vel neglecta, plurimæ maximæque calamitates in Eccleſiam importentur.

PROPOSITIO: Tibi igitur certum ac deſtinatam eſſe præcipua ejus ornamenta auditoribus ob oculos ponere.

CONFIRMATIONIS I. *Locus ab honeſto*, quòd Deum habeat authorem, illiusque juſſu fuerit uſurpatum, ac poſtremò reformatum à Chriſto. Nam Deus ipſe primum imperavit conjuges convenire, & hoc ipſum poſt diluvium denuò man-
Gen. 2. davit: *Creſcite*, inquiens, *& multiplicamini*. Si quis dubitat matrimonium gloriari Deo inſtitutore, audiat Moſaicas origines: *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*: quod oraculum velut interpretans ipſe Servator, inter alia, ſic diſputationem adverſus Phariſæos conclu-
Matth. 19. dit: *Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet*. Sed
Prov. 19. & illud Salomonis huc pertinet: *Domus, & divitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè uxor*
1. Cor. 7. *prudens*. Et illud Paulinum. *Præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere*.

Deus & uxores tribuit, & vult rata ſibi cōſiſtere matrimonia.

Eadem dignitas Matrimonij patet ex ejus *antiquitate*, cùm hinc conſtet eſſe rem coæuam generi humano, decurriſſe per naturæ legem, permanſiſſe inter cætera Judaicæ reipublicæ privilegia, ac poſtremò non tam à Chriſto inſtitutam, & ſanctificatam, quàm inſtauratam, & originem primamq; dignitatem revocatam. Vix homo creatus erat, ac ſtatim de nuptiis actum eſt, & Deus efficitur paranymphus. Mox per abuſum conjugii gigantes exiſtunt

iſtunt, tumultuantur, omnis caro corrumpit viam ſuam. Hinc ſequitur diluvium, quo poſtliminiò reducta eſt in orbem continentia. Sic enim veteres interpretantur, quòd Noe ſeorſum cum filiis ac ſeorſum uxores dicuntur in arcam ingreſſæ: cujus rei apertius eſt argumentum, quod egredienti Noe jam additur uxor; ſicque cum filiis illorum coniuges educuntur, ut nuptiarum inſtaurationem agnoſcas, ac propterea lex redditur: *Creſcite & multiplicamini.* Poſt aliquot ſecula ſubſecuta Lex celebrat, tuetur, vindicat hoc ipſum ab injuria, & abuſu: tandem venit Chriſtus, prodit ex Virgine & ipſe virgo, vix os ad Evangeliſmum aperit, & illicò vocatus ad nuptias adeſt iis benedicit & ſanctificat, &c.

Præſtantiam Matrimonii docet etiam *teſtimonium Eccleſiæ*, quæ adegit ad inferos omnes hæreticos, qui matrimonium habebant exoſum, & ut rem impiam execrabantur, quos etiam prævidebat impulſus ſpiritu Paulus, cùm ſuo Timotheo ſcriberet, futuros in noviſſimis temporibus, qui prohiberent nubere. Hos omnes Eccleſia jugulatos diris devovit, & inter hoſtes ſuos duxit: cumque tam ſit conſtans in hac eorum animadverſione, qui non de Matrimonio ſenſerunt quam honorificentiſſimè, ſed in illud linguam vel ſtylum exacuerũt, neceſſe eſt rem eſſe maximi pretii, quæ repudiata homines dedat interitui, quęque diabolo ſemper fuit inviſa. Nam ut eſt ille verſutiſſimus, cum perſpectam habeat hominum, quantũvis regeneratorum, infirmitatem; cupit hoc aſylum evertere, quò infandis libidinibus immmerſos abripiat ſecum in tartarum. Accedit quod Eccleſia ſemper docuit Matrimonium eſſe unum è ſeptem præſtantiſſimis & vivificis canalibus ac labris Spiritus ſancti, quibus Chriſti meritum in præparatos animos infunditur, & ſine quibus homi-

1. Tim. 4.

minum ſaluti nunquam ſatis eſſe conſultum potuit.

Confimationis 2. *locus ab adjunctis commodis* quorum primum eſt *fides*, qua conjunx præſtat quod promiſit conjugi, quæque poſcit, ut cōjunx ſciat ſe non habere poteſtatem corporis ſui, ut vel copiam, vel deliberationem, vel obtutum alteri queat facere: hinc quidquid Chriſtus præſtitit Eccleſiæ, hoc conjunx conjugi pollicetur inter contrahendum. Quare ſi conjugem vel elephantiacam, vel paralyticam fieri contingat, niſi fortiter omnia perferas, niſi patientia, obſequiis, humanitate ſubleues alterius partis miſerias, infidus es, nec bene collimas ad ſcopum, Chriſtum, qui vitam quoque profudit pro ſua Eccleſia. Vxor intueatur qualem ſe reginam præbeat Eccleſia Chriſto, & ad eum modum ſe morigeram fidelemque marito commodamque ſtudeat exhibere. Ipſe Deus finem matrimonii nobis indicavit, mutuum adiutorium, ut conjux, conjugem excipiat, foveat, juvet, jacenti manum porrigat, portet, ſuſtentet, conſoletur: ita enim ſenſit Deus, cùm diceret: *Faciamus illi adjutorium*, & ſic Adamus intellexiſſe ſe oſtendit, cum vocat uxorem ſociam. Gen. 1. Quantum pia conjux conferat ad fortunarum acquiſitionem & conſervationem augmentum, prolixè demonſtrat Eccleſiaſticus cap. 16. & ſapientiſſimus Salomon Prov. 31. Quis neſcit, quantum fiduciæ, quàm certa ratio valetudinis, quantum in adverſis levamẽ, in proſperis quanta lætitia, quantum ſolamen in illa, de qua loquitur Paulus, carnis tribulatione in religioſa uxore?

Secundum, non *proles* ſolùm, ſed & maxima ſecuritas. Quicunq; enim vel cogitat de matrimonio contrahendo, vel de illius uſu prolem ob oculos propoſitam habeat neceſſe eſt. Nam ſi duntaxat libidinem explere ſuam exoptet, velitq; fructum

impe-

impedire nuptiarum, judicabitur parricida. Præclarè igitur Ambroſius *prolem* vocat nuptiarum præmium, & hic finis erat olim laudatiſſimus in paucitate generis humani, & in eo populo, ex quo Dei filius erat ſecundum carnem naſciturus: At verò Chriſtianus finis eſt remedium, refugium, aſylum, evitatio peccati. Qui enim ſentit ſe capere non poſſe, id eſt, nolle, qui quotidie uſtionem experitur, audiat Apoſtolum concionantem *Melius eſt nubere quàm uri*. S. Chryſoſtomus virginitatem comparat cum oneraria naue, quæ in æſtuoſiſſimo freto maximaque tempeſtate jactatur, cui nullæ rationes, nulla littora, nec portus apparent, matrimonium verò dicit perſimile validiſſimæ navi, quæ vel tuta legit littora, vel decurrit placidum æquor, habens ubique in proſpectu latiſſimos portus, in quos ſe liberè poteſt recipere. III. *Locus à jucunditate*, quæ vel hinc patet, quòd videamus adoleſcentes & juvenculas nil curare ærumnas, mendicitatem, milleque miſerias mediocrium & pauperum conjugum, eodē convolare ac alacriter dubiam jacere aleam. Quid autem eſt, quod eos reddit patientiſſimos, ut illam ſuam exercitationem æquo animo ferant? voluptas. Hinc ſi proles tollatur, ſi uxor adimatur, quorum alioquí cura mille hominem diſtringit moleſtiis, paratæ ſunt lacrimæ.

Epilogus *per adhortationem*, ut ſi, non ſint generoſi milites, ſed inertes, meticuloſi, ac ſocordes, nec velint perpetuò luctari cum iſtis proditoribus inteſtinis, fomite, perturbationibus, carne, mundo, Satana, nocte vigilare, interdiu pugnare, nunquam requieſcere, quod eſt heroum tutum matrimonii capeſſant aſylum, in ejusque tranquillo potius nauigent ſine quàm vel in cœno libidinum ſe volutent, vel fretis virginitatis ſe temere

com-

commitant. Cùm S. Hieronymus contra Iovinianum ſcripſiſſet de laudibus virginitatis, & nonnulli falsò aſſererent, ipſum nuptiis detraxiſſe. S. Auguſtinus etiam contra Jovinianum ſcripſit, ſed ita, ut quantum liceret, nuptias laudibus celebraret, ac ſimul præconia Virginitatis extolleret, & librum inſcripſit: De *bono conjugali*, *Baron. Tom.* 4. pag. 54.

VI. IVVENES ET INDOCTOS à S. Ordinibus eſſe arcendos.

IN Exordio explicabis cauſam, cur hàc ætate multi ſint homines ſacri, & pauci: multi nomine, re verò pauci, quòd Simone olim Mago jam magno patrono, rudes & imperiti juvenes per feneſtram, non per oſtium in ovile Chriſti admittuntur.

v. P. Carolum Regiū in Chriſtiano Oratore. l.1.c.28. ibidem agitur de dignitate neceßitate & utilitate muneris cōcionandi.

Propositio, *Te igitur firmiſſimis rationibus oſtenſurum*, ejuſmodi juvenes & indoctos ad Ordines ſacros nullo modo eſſe admittendos.

Confirmationis I. *ratio ab officio Sacerdotum*, quod eſt, munda Deo ſacrificia offerre, ſapienter Dei oracula & myſteria reſerare, populum ipſam veritatem docere, civium animos virtutum præceptis & exemplis imbuere: ſed quàm præclarè rudes & imperiti hæc faciant, quis non videt? Nemo eſt tam impius, qui tali commiſſo ſcelere non lugeret.

2. *A fine Scholarum collegiorum*. Quorſum Athenæ, Academiæ, Collegia, Gymnaſia, loca ſacra ubiq; condita & fundata fuerunt? quorſum artes ſtudiaque ſapientiæ in tanto honore ſemper extiterūt, ſi ſapientibus viris relictis, fœces populi in vineam Domini admittantur, qui aut tanquam idola nihil loquuntur, aut tanquam monſtra deprædantur gregem.

3. *Ab abjunctis indoctorum Clericorum*: ſunt plantæ,

tæ, ſed ſine vita; fontes, ſed ſine aqua; ſtellæ, ſed ſine luce; bullæ & undæ maris, quæ omni flatu in Syrtes rapiuntur: gregem enim paſcere non poſſunt, nam carent cibo: docere non poſſunt, nam carent arte: tales ergo (etſi ambitiosè petant) ad ſacerdotium admitti non debent. *v. Thoma* 18

4. *Ab exemplis majorum*: Nulla profectò inveniemus exempla nulla inſtituta majorum, nulla ſacræ aut humanæ Philoſophiæ edicta, quibus innixi iſtam abſurditatem, Gryllos ad S. Ordines admittendi defendamus. Romani, & omnes apud ſæculum prius gentes, ſuos augures, aruſpices, flamines, conjectores, ſacerdotes, viros graves, pios, doctos, ſapientes habuerunt. An ethnici in ſua ſuperſtitione tam cauti, nos Chriſtiani in verâ religione tam incauti & negligentes ſumus? Canones antiqui ſtatuerunt, ut ante 30. ætatis annum nemo in Epiſcopum vel Preſbyterum ordinetur. *In Concil. Neocaſ. Can 11.*

5. *Ab authoritate Ariſtotelis*, qui Sacerdotem in ea ſolùm ętate conſecrari voluit, in quo nõ eſt amplius perturbationum ſervus, & veneranda canities otium ac libertatem ab omni civili negotio ſenili gravitati à natura tribuit, cùm inquam ætate grandior, hoc eſt, affectuum turbine ac murmure ſedato, juſtitia, prudentia, pietate & ſibi, & aliis vivere ac lucere poteſt. Si idem Philoſophus juvenes non eſſe idoneos auditores Moralis Philoſophiæ aſſeruit, quanto melius nos pueros non eſſe aptos profeſſores Divinæ Philoſophiæ opinantur? certe cruda hæc ætas nullam aut ſaltem languidam concoctionem virtutum habet: nam etſi in ea ebulleſcit ſanguis, efferueſcunt ſpiritus, tota natura in ea viget: prudentia tamen, conſilium, devotio, juſtitia, pietas, ſapiẽtia, omneſq; pene virtutes frigent: juvenes ergo non ſunt (præſertim ſi *L.7.c.9. Polit.*

Pars II. B in illis

in illis fomites affectuum ardeant) ad tam ſacrum officium admittendi.

Confutatio, Si quis objiciat, Chriſtus piſcatores, aliosque artifices homines penitùs illiteratos, in hunc ordinem & officium elegit, ergo licitum eſt, indoctos juvenes Sacerdotes ac miniſtros conſtituere. *Reſpondeo*: Chriſtus Deus & homo egena elementa hujus mundi quidem elegit; ſed miraculosè, iisdem diverſas linguas, omnemque ſcientiam ac ſapientiam dedit: inſpirata, tū ſui divinitus ſcientia, ut miraculis adhuc infans Eccleſia creſceret, at nunc qui ſe à cœlo inſpiritos ſomniant, quique in vallum ſuorum phantaſmatum impulſi, vias & media ſciendi ſperunt, hi inquam, & ſe & alios plurimum decipiunt. Dixit piſcatoribus Chriſtus: *Ego faciam vos piſcatores hominum*: neq; ante acceptionem ſpiritus S. eos miſit ad docendum. Nemo etiam objiciat adoleſcentiam Timothei: is enim à pueritia didicerat ſacras litteras, & ad vini uſum incitandus erat. Adhæc eo tempore fuit à Paulo electus, quando meſſis multa, operarii verò pauci, & tamen perfectiſſima & ſingularis in eo virtus mediocritatem ſupplebat ætatis.

Peroratio conſtabit *paraneſi* ne adoleſcentes temerè ad ſacros Ordines proſiliant, &c.

VII. QVO'D SACRA DEO OFFERENtibus partem Reip. poſſidere liceat.

Exordium *ab impietate* eorum, qui hac ætate ſpoliis Eccleſiæ & ſacrilegiis ditari, ſacerdotibus victum, Eccleſiæ cenſum, pauperibus, viduis, & orbatis cibum, ignorantibus veritatis lucem deſperantibus ſalutis anchoram ſuſtulerunt.

Propositio: Te igitur contra iſtos ſacrilegos, imò Atheos; qui Dei rerum ſacrarum curam nul-

nullam gerunt, ſacra facientibus, ſeu Dei miniſtris partem aliquam Reipub. deberi demonſtraturum.

CONFIRMATIONIS I. *Argumentum ab antiqua conſuetudine & exemplo majorum*, qui ſemper ſacra facientibus omnia neceſſaria ſuppeditarunt, imò certas easdemque non minimas Reip. partes conceſſerunt. Sic olim Ægyptii, ut Triſmegiſtus; ſic Lacedæmonii, ut Diogenes Laertius; ſic Romani, ut Titus Livius; ſic omnes ac ſingulæ penè gentes, ut niverſi Hiſtorici ſcribunt, feciſſe dicuntur.

2. *A proprio & præmio virtutis*, quòd maximè ſtudioſis virtutis ampliſſima bona fortunæ debeantur: at ſacra facientes maximè ſunt ſtudioſi virtutis, aut ſaltem eſſe debent: ergo ſacra facientibus ampliſſima fortunæ bona debentur. *Propoſitio* eſt Ariſtotelis 1. Eth. *Aſſumptio* nota eſt. Nam ſacerdotes à turba populi ideò ſelecti & ſegregati ſunt, ut nullo rerum caducarum viſco capti, nulla turpitudinis pice coinquinati liberiùs ſanctiusque Deo pro ſe & aliis ſubſervirent.

3. *A minori.* Si milites, artifices, agricolæ, qui gladio, malleo, ligone ſuum opus agunt, partem civitatis vendicant, quanto magis Sacerdotes, qui tantum res ſacras tractant, externis rebus ad contemplationis quietem datis circumfluerent?

4. *Ab efficiente:* Quoniam Deus eſt dator omnium bonorũ, quæ homini in uſum vitæ conceduntur, eſſet quidem homo (ut ait Pythagoras) omnium animantium ingratiſſimus, ſi nihil Deo reddere conaretur; at Deus his rebus per ſuos miniſtros ad augendam pietatem, ad inopiam ſublevandam, aliaq; ſexcenta bona promovenda utitur. Conſentaneum ergo eſt, ut ſi Deo grati eſſe velimus, Dei miniſtris partem civitatis non negemus.

5. *A Divino teſtimonio: Num* 35. cap. ubi præcipit ac

in illis fomites affectuum ardeant) ad tam ſacrum officium admittendi.

Confutatio, Si quis objiciat, Chriſtus piſcatores, aliosque artifices homines penitus illiteratos, in hunc ordinem & officium elegit, ergo licitum eſt, indoctos juvenes Sacerdotes ac miniſtros conſtituere. *Reſpondeo*: Chriſtus Deus & homo egena elementa hujus mundi quidem elegit; ſed miraculosè, iisdem diverſas linguas, omnemque ſcientiam ac ſapientiam dedit: inſpirata, tũ ſui divinitus ſcientia, ut miraculis adhuc infans Eccleſia creſceret, at nunc qui ſe à cœlo inſpiritos ſomniant, quique in vallum ſuorum phantaſmatum impulſi, vias & media ſciendi ſperunt, hi inquam, & ſe & alios plurimum decipiunt. Dixit piſcatoribus Chriſtus: *Ego faciam vos piſcatores hominum*: neq; ante acceptionem ſpiritus S. eos miſit ad docendum. Nemo etiam objiciat adoleſcentiam Timothei: is enim à pueritia didicerat ſacras litteras, & ad vini uſum incitandus erat. Adhæc eo tempore fuit à Paulo electus, quando meſſis multa, operarii verò pauci, & tamen perfectiſſima & ſingularis in eo virtus mediocritatem ſupplebat ætatis.

Peroratio conſtabit *paraneſi* ne adoleſcentes temerè ad ſacros Ordines proſiliant, &c.

VII. QVOD SACRA DEO OFFERENTIBUS partem Reip. poſſidere liceat.

Exordium *ab impietate* eorum, qui hac ætate ſpoliis Eccleſiæ & ſacrilegiis ditari, ſacerdotibus victum, Eccleſiæ cenſum, pauperibus, viduis, & orbatis cibum, ignorantibus veritatis lucem deſperantibus ſalutis anchoram ſuſtulerunt.

Propositio: Te igitur contra iſtos ſacrilegos, imò Atheos; qui Dei rerum ſacrarum curam nul-

nullam gerunt, ſacra facientibus, ſeu Dei miniſtris partem aliquam Reipub. deberi demonſtraturum.

CONFIRMATIONIS I. *Argumentum ab antiqua conſuetudine & exemplo majorum*, qui ſemper ſacra facientibus omnia neceſſaria ſuppeditarunt, imò certas eaſdemque non minimas Reip partes conceſſerunt. Sic olim Ægyptii, ut Triſmegiſtus; ſic Lacedæmonii, ut Diogenes Laertius; ſic Romani, ut Titus Livius; ſic omnes ac ſingulæ penè gentes, ut niverſi Hiſtorici ſcribunt, feciſſe dicuntur.

2. *A proprio & præmio virtutis*, quòd maximè ſtudioſis virtutis ampliſſima bona fortunæ debeantur: at ſacra facientes maximè ſunt ſtudioſi virtutis, aut ſaltem eſſe debent: ergo ſacra facientibus ampliſſima fortunæ bona debentur. *Propoſitio* eſt Ariſtotelis 1. Eth. *Aſſumptio* nota eſt Nam ſacerdotes à turba populi ideò ſelecti & ſegregati ſunt, ut nullo rerum caducarum viſco capti, nulla turpitudinis pice coinquinati liberiùs ſanctiusque Deo pro ſe & aliis ſubſervirent.

3. *A minori.* Si milites, artifices, agricolæ, qui gladio, malleo, ligone ſuum opus agunt, partem civitatis vendicant, quanto magis Sacerdotes, qui tantum res ſacras tractant, externis rebus ad contemplationis quietem datis circumfluerent?

4. *Ab efficiente:* Quoniam Deus eſt dator omnium bonorũ, quæ homini in uſum vitæ conceduntur, eſſet quidem homo (ut ait Pythagoras) omnium animantium ingratiſſimus, ſi nihil Deo reddere conaretur; at Deus his rebus per ſuos miniſtros ad augendam pietatem, ad inopiam ſublevandam, aliaque ſexcenta bona promovenda utitur. Conſentaneum ergo eſt, ut ſi Deo grati eſſe velimus, Dei miniſtris partem civitatis non negemus.

5. *A Divino teſtimonio: Num* 35. cap. ubi præcipit ac

V. ENCOMIVM MATRIMONII.

EXORDIUM *captabit attentionem à neceſſitate & utilitate doctrinæ de Matrimonio*, quòd cognita eius ſanctitate multa ad Chriſtianam ſocietatem pervenire poſſint emolumenta,& contra ea ignorata vel neglecta plurimæ maximæque calamitates in Eccleſiam importentur.

PROPOSITIO: Tibi igitur certum ac deſtinatam eſſe præcipua ejus ornamenta auditoribus ob oculos ponere.

CONFIRMATIONIS I. *Locus ab honeſto*, quòd Deum habeat authorem,illiusque juſſu fuerit uſurpatum, ac poſtremò reformatum à Chriſto. Nam Deus ipſe primum imperavit conjuges convenire, & hoc ipſum poſt diluvium denuò mandavit: *Creſcite*, inquiens, *& multiplicamini*. Si quis dubitat matrimonium gloriari Deo inſtitutore, audiat Moſaicas origines: *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*: quod oraculum velut interpretans ipſe Servator, inter alia, ſic diſputationem adverſus Phariſæos concludit: *Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet*. Sed & illud Salomonis huc pertinet: *Domus, & divitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè uxor prudens*. Et illud Paulinum. *Præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere*.

Gen. 2.

Matth. 19.
Prov. 19.

1. Cor. 7.
Deus & uxores tribuit, & vult raia ſibi cōſiſtere matrimonia.

Eadem dignitas Matrimonij patet ex ejus *antiquitate*, cùm hinc conſtet eſſe rem coæuam generi humano, decurriſſe per naturæ legem, permanſiſſe inter cætera Judaicæ reipublicæ privilegia, ac poſtremò non tam à Chriſto inſtitutam, & ſanctificatam, quàm inſtauratam, & originem primamq; dignitatem revocatam. Vix homo creatus erat, ac ſtatim de nuptiis actum eſt, & Deus efficitur paranymphus. Mox per abuſum conjugii gigantes exiſtunt

iſtunt, tumultuantur, omnis caro corrumpit viam ſuam. Hinc ſequitur diluvium, quo poſtliminiò reducta eſt in orbem continentia. Sic enim veteres interpretantur, quòd Noe ſeorſum cum filiis ac ſeorſum uxores dicuntur in arcam ingreſſæ: cujus rei apertius eſt argumentum, quod egredienti Noe jam additur uxor; ſicque cum filiis illorum coniuges educuntur, ut nuptiarum inſtaurationem agnoſcas, ac propterea lex redditur: *Creſcite & multiplicamini.* Poſt aliquot ſecula ſubſecuta Lex celebrat, tuetur, vindicat hoc ipſum ab injuria, & abuſu: tandem venit Chriſtus, prodit ex Virgine & ipſe virgo, vix os ad Evangeliſmum aperit, & illicò vocatus ad nuptias adeſt iis benedicit & ſanctificat, &c.

Præſtantiam Matrimonii docet etiam *teſtimonium Eccleſiæ*, quæ adegit ad inferos omnes hæreticos, qui matrimonium habebant exoſum, & ut rem impiam execrabantur, quos etiam prævidebat impulſus ſpiritu Paulus, cùm ſuo Timotheo ſcriberet, futuros in noviſſimis temporibus, qui prohiberent nubere. Hos omnes Eccleſia jugulatos diris devovit, & inter hoſtes ſuos duxit: cumque tam ſit conſtans in hac eorum animadverſione, qui non de Matrimonio ſenſerunt quam honorificentiſſimè, ſed in illud linguam vel ſtylum exacuerũt, neceſſe eſt rem eſſe maximi pretii, quæ repudiata homines dedat interitui, quęque diabolo ſemper fuit inviſa. Nam ut eſt ille verſutiſſimus, cùm perſpectam habeat hominum, quantũvis regeneratorum, infirmitatem; cupit hoc aſylum evertere, quò infandis libidinibus immerſos abripiat ſecum in tartarum. Accedit quod Eccleſia ſemper docuit Matrimonium eſſe unum è ſeptem præſtantiſſimis & vivificis canalibus ac labris Spiritus ſancti, quibus Chriſti meritum in præparatos animos infunditur, & ſine quibus ho-

1. Tim. 4.

mi-

minum ſaluti nunquam ſatis eſſe conſultum potuit.

Confimationis 2. *locus ab adjunctis commodis.* quorum primum eſt *fides*, qua conjunx præſtat quod promiſit conjugi, quæque poſcit, ut cõjunx ſciat ſe non habere poteſtatem corporis ſui, ut vel copiam, vel deliberationem, vel obtutum alteri queat facere: hinc quidquid Chriſtus præſtitit Eccleſiæ, hoc conjunx conjugi pollicetur inter contrahendum. Quare ſi conjugem vel elephantiacam, vel paralyticam fieri contingat, niſi fortiter omnia perferas, niſi patientia, obſequiis, humanitate ſubleues alterius partis miſerias, infidus es, nec bene collimas ad ſcopum, Chriſtum, qui vitam quoque profudit pro ſua Eccleſia. Vxor intueatur qualem ſe reginam præbeat Eccleſia Chriſto, & ad eum modum ſe morigeram fidelemque marito commodamque ſtudeat exhibere. Ipſe Deus finem matrimonii nobis indicavit, mutuum adiutorium, ut conjux, conjugem excipiat, foveat, juvet, jacenti manum porrigat, portet, ſuſtentet, conſoletur: ita enim ſenſit Deus, cùm diceret: *Faciamus illi adjutorium*, & ſic Adamus intellexiſſe ſe oſtendit, cum vocat uxorem ſociam. Quantum pia conjux conferat ad fortunarum acquiſitionem & conſervationem augmentum, prolixè demonſtrat Eccleſiaſticus cap.16. & ſapientiſſimus Salomon Prov.31. Quis neſcit, quantum fiduciæ, quàm certa ratio valetudinis, quantum in adverſis levamẽ, in proſperis quanta lætitia, quantum ſolamen in illa, de qua loquitur Paulus, carnis tribulatione in religioſa uxore?

Gen. 1.

Secundum, non *proles* ſolùm, ſed & maxima ſecuritas. Quicunq; enim vel cogitat de matrimonio contrahendo, vel de illius uſu prolem ob oculos propoſitam habeat neceſſe eſt. Nam ſi duntaxat libidinem explere ſuam exoptet, velitq; fructum

impe-

impedire nuptiarum, judicabitur parricida. Præclarè igitur Ambroſius *prolem* vocat nuptiarum præmium, & hic finis erat olim laudatiſſimus in paucitate generis humani, & in eo populo, ex quo Dei filius erat ſecundum carnem naſciturus: At verò Chriſtianus finis eſt remedium, refugium, aſylum, evitatio peccati. Qui enim ſentit ſe capere non poſſe, id eſt, nolle, qui quotidie uſtionem experitur, audiat Apoſtolum concionantem *Melius eſt nubere quàm uri*. S. Chryſoſtomus virginitatem comparat cum oneraria naue, quæ in æſtuoſiſſimo freto maximaque tempeſtate jactatur, cui nullæ rationes, nulla littora, nec portus apparent, matrimonium verò dicit perſimile validiſſimæ navi, quæ vel tuta legit littora, vel decurrit placidum æquor, habens ubique in proſpectu latiſſimos portus, in quos ſe liberè poteſt recipere. III. *Locus à jucunditate*, quæ vel hinc patet, quòd videamus adoleſcentes & juvenculas nil curare ærumnas, mendicitatem, milleque miſerias mediocrium & pauperum conjugum, eodē convolare ac alacriter dubiam jacere aleam. Quid autem eſt, quod eos reddit patientiſſimos, ut illam ſuam exercitationem æquo animo ferant? voluptas. Hinc ſi proles tollatur, ſi uxor adimatur, quorum alioquì cura mille hominem diſtringit moleſtiis, paratæ ſunt lacrimæ.

EPILOGUS *per adhortationem*, ut ſi, non ſint generoſi milites, ſed inertes, meticuloſi, ac ſocordes, nec velint perpetuò luctari cum iſtis proditoribus inteſtinis, fomite, perturbationibus, carne, mundo, Satana, nocte vigilare, interdiu pugnare, nunquam requieſcere, quod eſt heroum tutum matrimonii capeſſant aſylum, in ejusque tranquillo potius nauigent ſine quàm vel in cœno libidinum ſe volutent, vel fretis virginitatis ſe temere

com-

commitant. Cùm S. Hieronymus contra Iovinianum ſcripſiſſet de laudibus virginitatis, & nonnulli falsò aſſererent, ipſum nuptiis detraxiſſe. S. Auguſtinus etiam contra Jovinianum ſcripſit, ſed ita, ut quantum liceret, nuptias laudibus celebraret, ac ſimul præconia Virginitatis extolleret, & librum inſcripſit: De *bono conjugali*, *Baron. Tom.* 4. pag. 54.

VI. IVVENES ET INDOCTOS à S. Ordinibus eſſe arcendos.

IN Exordio explicabis cauſam, cur hac ætate multi ſint homines ſacri, & pauci: multi nomine, re verò pauci, quòd Simone olim Mago jam magno patrono, rudes & imperiti juvenes per feneſtram, non per oſtium in ovile Chriſti admittuntur.

v. P. Carolum Regiũ in Chriſtiano Oratore. l. 1. c. 28. ibidem agitur de dignitate neceßitate & utilitate muneris cõcionandi.

Propositio, *Te igitur firmiſſimis rationibus oſtenſurum*, ejuſmodi juvenes & indoctos ad Ordines ſacros nullo modo eſſe admittendos.

Confirmationis I. *ratio ab officio Sacerdotum*, quod eſt, munda Deo ſacrificia offerre, ſapienter Dei oracula & myſteria reſerare, populum ipſam veritatem docere, civium animos virtutum præceptis & exemplis imbuere: ſed quàm præclarè rudes & imperiti hæc faciant, quis nòn videt? Nemo eſt tam impius, qui tali commiſſo ſcelere non lugeret.

2. *A fine Scholarum collegiorum.* Quorſum Athenæ, Academiæ, Collegia, Gymnaſia, loca ſacra ubiq; condita & fundata fuerunt? quorſum artes ſtudiaque ſapientiæ in tanto honore ſemper extiterũt, ſi ſapientibus viris relictis, fœces populi in vineam Domini admittantur, qui aut tanquam idola nihil loquuntur, aut tanquam monſtra deprædantur gregem.

3. *Ab abjunctis indoctorum Clericorum:* ſunt plan-

tæ, ſed ſine vita; fontes, ſed ſine aqua; ſtellæ, ſed ſine luce; bullæ & undæ maris, quæ omni flatu in Syrtes rapiuntur: gregem enim paſcere non poſſunt, nam carent cibo: docere non poſſunt, nam carent arte: tales ergo (etſi ambitioſè petant) ad ſacerdotium admitti non debent. *v. Thoma 18*

4. *Ab exemplis majorum*: Nulla profectò inveniemus exempla nulla inſtituta majorum, nulla ſacræ aut humanæ Philoſophiæ edicta, quibus innixi iſtam abſurditatem, Gryllos ad S. Ordines admittendi defendamus. Romani, & omnes apud ſæculum prius gentes, ſuos augures, aruſpices, flamines, conjectores, ſacerdotes, viros graves, pios, doctos, ſapientes habuerunt. An ethnici in ſua ſuperſtitione tam cauti, nos Chriſtiani in vera religione tam incauti & negligentes ſumus? Canones antiqui ſtatuerunt, ut ante 30. ætatis annum nemo in Epiſcopum vel Preſbyterum ordinetur. *In Concil. Neocæſ. Can II.*

5. *Ab authoritate Ariſtotelis*, qui Sacerdotem in ea ſolùm ętate conſecrari voluit, in quo nō eſt amplius perturbationum ſervus, & veneranda canities otium ac libertatem ab omni civili negotio ſenili gravitati à natura tribuit, cùm inquam ætate grandior, hoc eſt, affectuum turbine ac murmure ſedato, juſtitia, prudentia, pietate & ſibi, & aliis vivere ac lucere poteſt. Si idem Philoſophus juvenes non eſſe idoneos auditores Moralis Philoſophiæ aſſeruit, quanto melius nos pueros non eſſe aptos profeſſores Divinæ Philoſophiæ opinantur? certe cruda hæc ætas nullam aut ſaltem languidam concoctionem virtutum habet: nam etſi in ea ebulleſcit ſanguis, efferueſcunt ſpiritus, tota natura in ea viget: prudentia tamen, conſilium, devotio, juſtitia, pietas, ſapiētia, omneſq; pene virtutes frigent: juvenes ergo non ſunt (præſertim ſi *L. 7. c. 9. Polit.*

nullam gerunt, ſacra facientibus, ſeu Dei miniſtris partem aliquam Reipub. deberi demonſtraturum.

CONFIRMATIONIS I. *Argumentum ab antiquæ conſuetudine & exemplo majorum*, qui ſemper ſacra facientibus omnia neceſſaria ſuppeditarunt, imò certas eaſdemque non minimas Reip partes conceſſerunt. Sic olim Ægyptii, ut Triſmegiſtus; ſic Lacedæmonii, ut Diogenes Laertius; ſic Romani, ut Titus Livius; ſic omnes ac ſingulæ penè gentes, ut univerſi Hiſtorici ſcribunt, feciſſe dicuntur.

2. *A proprio & præmio virtutis*, quòd maximè ſtudioſis virtutis ampliſſima bona fortunæ debeantur: at ſacra facientes maximè ſunt ſtudioſi virtutis, aut ſaltem eſſe debent: ergo ſacra facientibus ampliſſima fortunæ bona debentur. *Propoſitio* eſt Ariſtotelis 1. Eth. *Aſſumptio* nota eſt. Nam ſacerdotes à turba populi ideò ſelecti & ſegregati ſunt, ut nullo rerum caducarum viſco capti, nulla turpitudinis pice coinquinati liberiùs ſanctiusque Deo pro ſe & aliis ſubſervirent.

3. *A minori*. Si milites, artifices, agricolæ, qui gladio, malleo, ligone ſuum opus agunt, partem civitatis vendicant, quanto magis Sacerdotes, qui tantùm res ſacras tractant, externis rebus ad contemplationis quietem datis circumfluerent?

4. *Ab efficiente:* Quoniam Deus eſt dator omnium bonorũ, quæ homini in uſum vitæ conceduntur, eſſet quidem homo (ut ait Pythagoras) omnium animantium ingratiſſimus, ſi nihil Deo reddere conaretur; at Deus his rebus per ſuos miniſtros ad augendam pietatem, ad inopiam ſublevandam, aliaq; ſexcenta bona promovenda utitur. Conſentaneum ergo eſt, ut ſi Deo grati eſſe velimus, Dei miniſtris partem civitatis non negemus.

5. *A Divino teſtimonio: Num* 35. cap. ubi præcipit ac

Apud Iudæos lege Divina quædã civitates ac poſſeſſiones deſtinatæ fuerunt in perpetuum uſũ Proph. & Levitarum.

præſcribit Deus, ut filii Iſrael Levitis de poſſeſſionibus ſuis multa concederent.

6. *A fine civitatis*, quòd verè beata Reſpubl. eſſe non poſſit, ſi tales in ea viri honorificè non tractẽtur, qui cives à caducis ad æterna, ab humanis ad divina, ab undis lapſuræ voluptatis ad portum ſempiternæ ſalutis pertrahunt.

Confutatio. *Si dicas*, Vera rerum divinarum contemplatio, rerumq; humanarum poſſeſſio inter ſe opponuntur: quia contemplatio perpetuam quietem quærit, at res ſolicita eſt rerum poſſeſſio, multumque animum humanum diſtrahit ac perturbat: Ergo ſacerdotes rerum divinarum cõtemplationi aſtricti, rerum humanarum poſſeſſioni mancipari non debent. *Reſponde*: Poſſeſſio, & contemplatio ſimpliciter non opponuntur, cura tamẽ poſſeſſionis quieti contemplationis opponitur: alio ergo modo Theorici, alio modo Politici poſſeſſiones tenent: illi, ne ſint ſupra modum ſoliciti circa res, quæ mundi ſunt, hi verò ut rerum acervis collectis ſuis poſteris benefici & gratioſi fiant: illi, ut ſine cura ſibi debitis; hi, ut ſudore & induſtria comparatis gaudeant.

Epilogus conſtabit *adhortatione* ut (quoniam Sacerdotes in arce pietatis excubias pro civitate agunt) ipſis partem civitatis, & ſatis amplas facultates ac beneficia ſine ulla lite & moleſtia liceat poſſidere, maximè cum quod ſemel eſt conſecratum Deo, in humanum uſum converti non poſſit.

VII. NVLLAM ESSE VERAM REMP. ſine virtute ac vera religione.

Ioan. Lenſæus l. 1 de unica religione in Rep. conſervanda.

Exordium *à ſententia Ariſtotelis*, qua 3. Polit. rectè affirmat, *Oportere optimam civitatem de virtute maximè eſſe ſolicitam.* Senſit enim vir ſapiens, nullam peſtem eſſe majorem in civitate quàm

quàm morum licentiam; nullam litem in Rep. eſſe tetriorem, quam improbitatem. Nam ut delicatè viventium corpora laxatis & diſſolutis nervis languida redduntur, diſcordiaque elementorum corrumpuntur: ita malis civium moribus inermes fiunt civitates, eorumq; perfidia magna ſæpe devaſtantur Imperia. Unde & ſapienter Anthiſtenes: *Civitates,* inquit, *tum quidem cadunt & intereunt, cum boni nequeant à malis diſcerni.* *probat c. I. in Rep. conſtituenda vel inſtauranda & conſervanda primam eſſe religionis habendam rationem.*

PROPOSITIO. Cum igitur in iſto occaſu mundi permultæ civitates, hoc dicto Philoſophi neglecto, corruant, te omnem Politiam ad virtutis & religionis normam referendam, atque ſine vera fide, ſine juſtitia, ſine Chriſto nullam ſtare civitatẽ demonſtraturum.

CONFIRMATIONIS I. *Argumentum à natura,* quæ virtutis influentia magis, quàm morum licentia conſervatur. Nam quod eſt in natura monſtrum, id eſt in civitate vitium: at monſtrum eſt error, & defectio naturæ, proinde vitium eſt horror & confuſio civitatis. Si ergo natura eſt mater & nutrix civitatis; & *ſi virtus*, ut ait Ariſtoteles, *eſt conſervatrix naturæ:* ſequitur, quod ſine virtute nec cohæreat natura, nec ullo modo floreat *Reſp.* quæ eſt, (ut definit Ariſt.) *civitatis ordo, conſenſus, & harmonia.* *Omnis ſocietas domus ac civitatis, à natura utero emerſit.*

3. *A prima cauſa Regum & Princip.* Quis neſcit hominem in mente per verum, in voluntate per bonum, Deo, (qui eſt ſummum Verum bonumque) conjungi debere? Si ergo Deus eſt, qui Reges ſceptra, & civitates dedit, quis eſt tam impiꝰ ac ſceleratus, qui audet dicere, hominem aut civitatem Deo (qui eſt ſummum bonum & verum) ſine bono & veritate poſſe adhærere.

3. *A pœna earum civitatũ,* quæ virtutis repagulis fractis, omnis generis flagitiis ſe cooperuerunt. Infinitum nunc eſſet ruinas & veluti projecta cada-

vera multarum civitatum, gentium, nationum, ac imperiorum (quæ rec ſis virtutis ac pietatis fibris conſenuerunt) oſtendere. Cur nunc Africa, Aſia, & eximiæ partes Europæ ſub Turca languent? Non aliam ob cauſam, quàm quòd à fide & virtute prius deſciverunt, quàm ſuam felicitatem tam horribili miſeria & calamitate funeſtari ſenſerunt.

Virtus veterum legulatorum erat ſcopus.

4. *A conſuetudine majorum.* Priſci olim patres noſtri, qui di Rep. multa & præclara monumenta nobis reliquerunt, in hoc omnes amicè quaſi conſpirant, quòd Legum latores ac Magiſtratus ſolicitè contenderent, ut ſuos cives bonos, juſtos, ac pios redderent. At quorſum, obſecro, idipſum toties & tantoperè inculcarent, ſi ullam pacem ſine fide, ſi ullam politiam ſine virtute conſtare poſſe ſomniaſſent? Hinc Solon apud Athenienſes, Lycurgus apud Lacedæmonios, Numa Pompilius apud Romanos legum ſanctarum tabulas invenerunt, quibus eorum civitates per multa ſecula juſtè ac tranquillè regebantur. Nam ab orbe condito experiẽtia (ſcientiæ mater) docuit, quòd ſola virtus in omni imperio triumpharet.

5. *à fine civitatis*, quæ eſt beatitudo omnibus bonis accumulata: at ſi hanc invenire & acquirere te poſſe putas ſine virtute, id ſolum agis, ut nimia ratione inſanias.

Omnis politia.

REFUTATIO. At, inquit Machiavellus, religione & pietate Reſpub. & imperia plurimum enervantur. Dicit hoc, non docet ille blaſphemus. Judæorum ſcriptum poſt Chriſti adventum in pulvere, Romanorum imperium, à quo tempore Chriſti religio in urbẽ repſit, elumbe & ſine nervis videmus. Inſanit profectò, qui id religioni attribuit, quod ſceleri & impietati hominum attribuẽdum videt. Non enim religio Chriſti, ſed Chriſti proditio Judæorũ gloriam; non religio, ſed ſuperſtitio-

eſt alicujus boni cauſa

ſuperſtitioſa ambitio Romanorum imperium ſuſtulit. Idem olim vaniſſimè objecerunt Pagani, ſed Oroſius, venerabilis ille ſacerdos; ſeptem libros in iſtos doctiſſimè ſcripſit, in quibus imperium civile religione firmius muniri, quam ulla ex parte labe factari probat: ſi enim Deus & reges, & regna dedit quid magis reges & regna decet, quam religio, quæ eſt cultus & odoratio Dei?

Hiſtorias ſacras & profanas legite, toties populus Dei miraculoſe vicit; quoties ſeriò religionem coluit: ab ea quoties defecit, toties ut pulvis ac ſtipula coram hoſte fugit. Græci auguſtum diu tenuerunt imperium; at contempta religione, in vallum ſuorum phantaſmatum præcipitanter lapſi, velumque tartareæ ignorantiæ non ſine jactura imperii ſub Turcica tyrannide & olim diu ſenſerunt, & nunc (proh dolor) ſentiunt.

PERORATIO. Valeant igitur & faceſſant longè Machiavellani, valeant Athei noſtrorum temporum, qui ſentient, ſentient, inquam, tandem Rempublicam ſine virtute ac vera religione eſſe quaſi plumbeam regulam, ſine manu artificis, ideoque diu manere ſalvam non poſſe.

IV. PARÆNESIS AD QVOTIDIAnum examen conſcientiæ.

EXORDIUM *à ſumma hominis miſeria*, quòd etiã ſuſcepta gratia, & magna gratia, & cùm in lege ſit gratiæ; nihilominus vitam ſine defectibus ac peccatis venialibus agere non poſſit. Nam Eccleſiaſtes ait: *Non eſt homo, qui non peccet.* Et Ioannes: *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*, Et: *In multis offendimus omnes.* (*Vide P. Aluarez de vita religioſè inſt. ſect 2. cap. 8. Viridarium Buſai: Ioan. Bonifacium lib 3. de inſt. Chriſt. pueri, pag. 367. Orat. de Religio-*

Eccleſ. 7. 6. Ioan 1. Iacob. 5.

ne: conc. Ioan. Oſorij Tom. 4. & erat. ſex P. Martini del Rio de notitia ſui.)

Propositio, Cùm unica ſuperſit compẽdioſiſſima conſervandi pulchritudinem animæ noſtræ illibatam ratio, ſi triplici eam ſigillo obſignemus, quotidiani examinis, lectionis, & orationis, quotidianum examen conſcientiæ paucis cõmendabo.

Confirmationis. I. *Locus à neceſſitate hujus diſquiſitionis.* Si ſaxis vel lignis ſimiles eſſemus, facilè hoc examine carere poſſemus. Ligna ſemel dedolata, lapides ſemel levigati permanent, quales eos faber, aſcia vel celte formavit, ſed homo ſimilis eſt arbori creſcenti, vel vitis palmiti, quæ duo ſæpius expurganda & circũcidenda, ne nimiũ luxurient, inutili fronde, aut ſuperfluo ſtolone, & ne campis vel ſimilibus peſtibus exedantur. Homo ſimilis eſt navigio, cui ſemper à ſummo aqua illabitur, quod citò mergatur, niſi ad hauſtum continuus nautarum labor exhaurientium ſentinam deſudet. Sicut corporeis membris evaporatione per puros fuliginoſi & mali humoris ſemper aliquid ſordium acceſſit; quare ſi caput non pectas, laborabis porrigine; ſi oculos non colluas, lemis; ſi dentes non defrices, ſcabritie; ſi faciem non mundes, illuvie; ſi non aptes ac reſeces ungues, in imo quidem redivioſi fient, à ſummo nigreſcent, & aquilarum more excreſcent; ſi pedum curam negligas, pedore obſoleſcent? Sic anima tota propter fomitem concupiſcentiæ, cujus perennis ſcaturigo tetràm mephitim exhalat, paulatim contaminabitur, & ejus facies ſupra carbones denigrabitur; atque ita pedetentim à Chriſto lota & reſtaurata illa imago & ſimilitudo Dei inveteraſcet, & fiet prototypo diſſimilima. Tam neceſſaria eſt cura hujus examinis.

II. Locus ab incommodis negligentiæ & omiſſionis hujus examinis, & contra à fructu eiusdem.

Hæc omiſſio eſt quædam tabes animum exedens, eſt ſcabies ſeu lepra potius clancularia, minuta, ſed crebra puſtularum lethalium congerie animam inſtar nebeculæ pulverulentæ occupans & obtegens. Primò quidem virtutes omnes & robur internum depaſcitur, mox earum loco peccata varia introducit. Vtrumq; Salomon nobis ſignificavit his verbis: *Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti: & ecce totum repleverant urticæ & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat,* Vulteum, qui vineam cordis ſui, & animi agrum negligit excolere, non modò paulatim muro & ſepimento divinæ gratiæ nudari, ſed etiam vacuum fieri fructu virtutum & bonorum operum, & malis affectibus, propenſionibus, peccatis repleri, tandemque ab egeſtate & boni omnis inopia, fame atque ſiti ſpiritus, ſic opprimi repentè & inexſpectatò, ut à celere curſore tardi & deſides; & ſic inevitabiliter, ut inermes & imbecilles, à forti & benè armato opprimuntur, ſubdit enim: *& veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, mendicitas quaſi fur animatus.* Nonne hoc pacto zizania, dormiente patrefamilias excreverunt; nonne cùm dormiret Isbozeth, à latronibus fuit jugulatus? nonne pigri & malè feriati domum ſtillicidia tandem demoliuntur?

Prov.24.

Matt.15. *2.Reg 4.* *Exod.10.*

Non ignorabat hoc David Rex, ideò quæſitor ſui quotidianus: *Meditatus ſum,* inquit, *nocte cum corde meo, & excitabar, & ſopiebam ſpiritum meum,* non obiter non leviter, non curioſe; ſed rimabar intentus omnes conſciẽtiæ meæ angulos, & quidquid minutiſſimi pulviſculi inveniebam id totum cum ramento everrebam. Non ſibi blandiebatur, non excuſabat; ſed Catonianam ſui cenſuram peragebat, & ſecretam cordis ſui etiam intentionem

Pſal.70. *Solicita examinatio animi rotundit vires, virtuq; peccati. Cap.39.*

 piſca-

piſcabatur. Erat qualis ille bellator fortis equus apud Jobum, qui viros fortes ſtrenuè, cum diabolo præliantes ſignificant, de quo inter cętera legitur, terram ungula fodit, inceſſanter ſcrutans animæ receſſus, & ſecreta, & cum Ezechiele parietem crebris perſcrutationum ictib⁹ perfodiens. Cenſet B. Gregorius hoc nobis ab Eſaia præcipi his verbis: *Ingredere in Petram, abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini.* Petram ingreditur, qui cordis ſui duritiem penetrat; à facie timoris Domini humo defoſſa abſconditur, qui terrenas cogitationes egerens in humilitate montis ſe abſcondit. Igitur hic eſt primus examinis grad⁹, inquirere in omnia toti⁹ diei dicta, facta, cogitata, volita, & prætermiſſa. Proximus præcipit, ut cum quærendo deprehẽderimus errores & defectus noſtros, non ſtudeamus illos excuſare vel minuere; ſed accuſemus noſmetipſos, & amaro ſimus animo, quod Deum toties offenderimus.

Cap. 8. Eſa 2. In Iob. lib. c. 22.

Negligentiam nos accuſandi & deprehendendi SS. Patres exiſtimant potiſſimam eſſe cauſam, cur tam facilè perturbemur, cur tam cito excandeſcamus, ſi forte nos alius reprehendat. Qui autẽ ſe ſedulo examinet, hunc facilè cũctas injurias, damna, detrimẽta, preſſuras laturum, eò quòd culpas ſuas deteſtans, ſe his, & majoribus malis, dignum reputet. Ita hęc accuſatio pacẽ parit ab externis procellis interius etiam animum trãquillat, quia magnã adfert cõſcientię ſecuritatem. Nam & flagella cõſcientiæ malæ avertit, & pœnam delictis debitã diſpungit, & *cor ſuũ*; (ut Jeremias de tertia examinis parte loquitur) *in viam rectam* (per emendationis propoſitum) *dirigit*, quoniã præteritæ culpæ amatorem exhorreſcens, futuram cavet fugitque. In Deuteronomio Deus jubet eum, qui ad requiſita naturæ egreditur, baltheo paxillum illigare, & paxillo foſſam circumcirca effodere, & deniq; terra

B. Dorotheus ſerm. 7. B. Ephre. orat. de vita religioſa. B. Baſ ſerm. 4 de inſt. Mon. S. Chryſoſt ſer de pœn. & hom. in Pſalm. 4. Ierm. 31. Cap. 28.

effoſa

effoſſa ſordes obruere. Quo præcepto S. Gregorius cẹ̄ſet nos admoneri, ut jugiter accincti noſtri in et reprehenſione compunctionis ſtylo terram cordis noſtri effodiamus & ſic effoſſo pulvere ſtercora & detrimenta animæ, (hoc eſt, vitia & imperfectiones) contegamus. Addit nos tum demum ſecuros fore. & equum illum Jobi probe imitaturos, qui poſtquā ſolidum ungula fodit terram. exultat audacter, & in occurſum pergit armatis. Quid enim timeat, qui Deum ſibi hac diſcuſſione, & condemnatione ſui propitiavit? ſcit Deum non bis punire idipſum, ſed gaudere judicio pręveniri Rectè Apoſtolus: *Si nos ipſos dijudicaremus, non utiq; judicaremur.* Talis autem ſe jam dijudicavit. Sciebat id Jobus, qui ait: *Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceret delinquenti.* Vereri illic eſt cum timore conſiderare, & examinare, & à ſeipſo pœnam exigere, ut ſic pœnam à Deo infligendam pręveniret, & damnationem evitaret.

1. Cor. 11.

Cap. 9.

Non prius obdormiſcas, quam Deū dies placatū propitiumq; reddideris.

III. Locus ab exemplis, à dictis Sanctorum, & Gentilium. B. Ignatius Societatis Jeſu fundator, in horas ſingulas ſeſe interius colligebat, & hoc operū ſuorum examen præſtabat uſq; ad mortis horam.

Non mirum hoc præſtitiſſe Viros Sanctos, cum & Ethnici id fecerint. Cicero ait, ſe in quavis nocte tria conſideraſſe, quid præcedenti die cogitaverit, quid dixerit, quid fecerit. Virgilius in Epigrammate, *vir bonus* ait,

Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum,
Omnia quàm longi reputaverit acta diei.

Quid quodque die dixerim, egerim, audierim, cogitaverim commemoro veſperi, ait Cic lib. de Senect.

Pythagoras monebat diſcipulos, ut quotieſcumque domum redirent, ſcrutarentur in animo: *quid prætergreſſus, quid geſtum in tempore quod non?* Auſonius hoc examen viri boni ac ſapientis officiū eſſe cenſuit, & eum mūdana viciſſitudine ſuperiorem, & quaſi mundi ſecurum canit, *qui judex ipſe ſui, totum ſe explorat ad unguem: qui ſe juſto trutinæ*

Hier in Iovin. Auſon. Edil. 16.

examine

examine penſat. S. Chryſoſtomus in epi. ad Hebr. ait: Sicut nauta, priuſquam à portu diſcedat, navim reparat, velum componit, & univerſa quæ ad navim pertinent, reſarcit, reficit; poſtquam verò navigationem confecit, quia multa incommoda navis patitur, eam iterum conſpicit ac reficit: ita homo initio diei, cum navigationem inchoat, in hoc mari magno ac ſpatioſo, proponat univerſa rectè agere, & in Dei gloriam cuncta ordinet ac dirigat. Nocte autem, cùm navigationem finivit, damna, quæ paſſus eſt, conſideret, ut illa reſarciat. S. Antonius huius erat author examinis: quin etiam ut quæ turpius acta eſſent ſcriberentur admonuit, ut lectionem pudor, pudorem emendatio ſequeretur.

Niceph lib. 8. cap. 40.

Lib. 3. de ira cap. 36.

Animus, ait Seneca, quotidie ad rationem reddendam vocandus eſt: faciebat hoc Sextius, ut conſummato die, cum ſe ad nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animum ſuum, quod hodie malum tuum ſanaſti? cui vitio obſtitiſti? qua parte melior es? deſinet ira, & erit moderatior, quæ ſciet ſibi quotidie ad judicem eſſe veniendum, &c.

Lib Medit. c. 5. Examinans ſe inducat perſonam alterius, imaginetur ſe eſſe alium vel inimicum ſui, propter philautiam nemo cenſor ſatis idoneus cenſendus.

Epilogus *conſtabit adhortatione ad accuratum & exquiſitum conſcientiæ examen.* Nemo igitur negligat ſaluberrimum hoc conſilium S. Bernardi: In te nihil maneat indiſciplinatum: pone omnes transgreſſiones ante oculos tuos: Statue te ante te, tanquam alium, tunc demum ſecurus eris, te tibi juſtum judicium dixiſſe, cogita quantum proficias, quantum deficias, qualis ſis in moribus, & qualis in affectibus: quàm ſis Deo ſimilis, vel quàm diſſimilis; quàm propè vel quàm longè, non locorum intervallo, ſed morum affectibus. Hæc S. Bern. Demens omninò cenſendus, qui non mavult omni ſtudio & vigilantia animam ſuam cuſtodire, quam æternas ob infidam tutelam pœnas ſubire. Nonne

præſtat

præſtat nos ipſos ungula cor noſtrum fodere, quàm dæmonum tartareis ungulis poſtea ſulcari, nonne eſt optabilius ſpiritum ſuum ſcopare, & everrere, quàm terribilem illam ſcopationem ultimi judicii præſtolari?

Ideò Hymenæus & Alexander circa fidem naufragaverunt, quia bonam conſcientiam repulerunt. Quo putatis modò? curam illius neglexerunt, quia non illam ſæpè diſcuſſerunt, non in examen vocarunt: ſic flagitia flagitiis, culpas culpis cumularunt, ſic operti facinoribus, & oppreſſi tandem hæretici facti ſunt. Poſthoc examen tollite vos, & amputate omnes cauſas, occaſiones, & radices peccatorum, ne iterum pullulent. Nemo mihi prætexat occupationes aut impedimenta: nam nemo tam diſtrictus eſt veſtrum, quàm fuit Rex David; qui tamen ſingulis noctibus ſpiritum ſuum ſcopabat, ne à Domino in ſcopa terente ſcoparetur. Sunt hoc etiam tempore Reges & Principes, multarum provinciarum curis diſtracti, qui tamē veſperi multum temporis huic impendunt curæ: illis hoc tempus ſupereſt, & vobis deeſt? præ illis merè otioſi eſtis. Quæ ſunt iſtæ occupationes tot tantæq;, ut queant ſaluti animarum veſtrarum præponderare?

Conſidera quo te pacto habueris cū Deo, tecum, & cum proximo in dictu, factu, & cogitatu.

1. Tim. 15.

Pſa. 76 7.

Si deeſt vobis tempus ad ſemel veſperi diſcutiendam conſcientiam veſtram, aliquam partem ſtudiis veſtris detrahite, tertiam, quartam, decimam, duodecimam, viceſimam, quid minus poteſtis ſaluti veſtræ dare? adeo vobis vilis eſt ſalus animæ, ut cæteris omnib⁹ poſt habeatis? non agnoſcitis dæmonis ſuaſionem? abjicite, objicite illi dictum ipſius: *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima ſua.* Omnia mihi corporali huic vitæ poſtponenda, & graver pro animæ meæ incolumitate, pro vita æterna, pro præmio beatitudinis, pro clara Dei viſione, pro inenarrabilis gaudii

Diei collectas ſordes nocturno examine tolle in occulto mentis tribunali judica teipſū.

Iob. 2.

gaudii fruitionē, aliquid deducere lectiōi fortaſſis Grammaticorum, (qui de litteris, accentibus, ſyllabis altercantur; Lectioni Poëtarum, (in quibus obſcœna nō pauca, & cognitione indigna) lectioni hiſtoriæ (quæ vana incerta, falſa nō rāro propinat) lectioni Philoſophorum, (in quorum Lycæis multa ſpinoſa, altercata, ridicula, contētioſa) lectioni Medicorum, (quorum libri licet ægroto corpore febres depellant, veſtras tamen quo pacto ſervetis animas vos nunquam docebunt,) lectioni Iuriſprudentum. (qui docent quo pacto res noſt. aſtueamur, non verò quomodo cacodæmonis accuſationem elidamus, aut Dei judicis ſententiam irritam faciamus) de lectione Theologiæ, quam Scholæ ſuppeditant, quæ virtutum diffinitiones, diviſiones, & egregia alia nobis ſuggerit; tamē ita demum utilia nobis futura, ſi prius nosipſos diſcutiamus, noſipſos expurgemus, & meliores eſſe conemur: alioquin hæc omnia noxiam & peſtilentē ſcientiam nobis ſuppeditabunt, quæ inflabit potius, quam ædificabit, & quam qui apponit, apponit laborem. Neminem ab his ſtudiis deterreo, nec res laudatiſſimas vitupero. Si quis ſtudia hæc amat, & ego: ſi quis illis operam impendit, & ego. Non vos ab illis revoco, ſed ut aliquid etiā utiliori ſtudio impendatis adhortor: & hoc aſſero, ſi nimio ſomno, ſi deſidiæ, ſi otioſis confabulationibus, ſi crebris diſcurſationibus, ſi cæteris vanis, & noxiis rei pretioſiſſimæ & irrecuperabilis (tempus dico) dilapidationib⁹ modum feceritis, ſupererit, quod animæ, quod examini, quod Deo, quod veſtræ ſaluti detis? Date igitur quod quisq; poteſtis: date vobis: datis veſtium curæ, cur non animæ? datis corpori; quid corpus, niſi veſtimentum? *ſicut veſtimentum veteraſcet*, anima vero æternum permanet. Corpori curando datis? datis ancillæ, date

1. Cor. 8. *Eccl. 1.*

etiam

etiam huic reginæ, ut queat Deo tandem aſtare, amicta virtutum varietate, ſplendens auro & margaritis rectè dictorum factorumq;.

Vide Chryſoſt. Hom. 42. & 43. in Matth. Hom. 82. in Ioan. Hom. 4. de Lazaro. Hom. 2. in Pſal 20. Hom. 4. 11. 24. 60. in Geneſ. 45. ad Pop. B. Doroth. ſerm. 11. Euſeb. Emiſſ. Hom. 7. 8. 9. ad Hon. & Hom. 1. de Epiph.

X. COMMENDATIO PHILoſophiæ.

EXORDIUM *duces à perſonæ tuæ extenuatione & rei probandæ majeſtate, & amplitudine.* Quemadmodum de Carthagine ſilere, quàm parum ſe dicere mallebello Jugurthino ſcribebat Salluſtius, ita & mihi hoc tempore de Philoſophia, argumento nō minus fuſo, quàm præclaro, breviter dicturo optandum, & multo quidem magis, fuerat, illam omnium diſciplinarum alumnam tacito potius conſenſu comprobare, quàm orationis inæqualitate obſcurare. Illum, omnibus alioqui eloquentiæ præſidiis, quibus Romani Imperii æmulam pro dignitate exornare poterat, abundè inſtructum, ipſum ſolum tempus aliò properate monebat, mihi verò, etſi moleſtiſſimum ſit rerum planè divinarum laudem (quibus prædicandis difficulter, quamlibet in dicendo jejunus, modum invenias) in ſummas temporis anguſtias conferre, longè tamen moleſtius eſt, quod etiamſi tempus detur, adjumenta ſint ad hanc rem tanto minora, quantò ad Philoſophiam, quam Carthaginem extollendam requiruntur majora.

Vide Orat. 6. Pet. Ioan. Perpiniani. orat. 4. Antonii Mureti.

PROPOSITIO *cum captatione attentionis*: Dum Philoſophiæ honeſtatis, utilitatis, ac jucunditatis quædam perſtringo argumenta, pro veſtra, Auditores, conſuetudine ac humanitate feceritis, ſi & amicè, intelligenter, idq; non ſine veſtro commodo dicentem attenderitis.

CON-

Vide Conimbricenſes in Libros Phyſic. Ariſt.

CONFIRMATIONEM, *ſeu totius conſequentis Encomii exordium duces à Philoſophia definitione, ex qua ſe ipſa honeſtas undequaq; aperiet.* Philoſophia nihil eſt aliud, quam ſtudium ſapientiæ. Sapientia verò eſt rerum divinarum & humanarum, cauſarumq;, quibus hæ res continentur ſcientia. An non hinc quantum bonum ſit Philoſophia, videmus? Si humanarum rerum ſcientiam modò, non etiam divinarum nobis promitteret, quis non maximè laudabilem, quis non expetendam prædicaret? nunc verò utrarumq; & omnium artium eſt mater.

2. *Ejus dignitatem & honeſtatem docebis ab ejusdem antiquitate & origine:* Pleriq; eam à Barbaris, ad Græcos fluxiſſe volunt. Nam quemadmodum quidquid eſt ferè litterarum & artium, nominibus (quæ jam uſus noſtra fecit) idipſum comprobantibus, à Græcis ad Romanos dimanaſſe certum eſt: ita graviſſimorum auctorum teſtimoniis conſtat, Græcos ab Ægyptiis omnium populorum antiquiſſimis artes Mathematicas, & id genus alia hauſiſſe: Verum Euſebius Philoſophiam cum cæteris ferè præclarè inventis Hebræis acceptum fert. Qua in re Cyrillum aliosq; magni nominis Scriptores adſtipulatores habet. Vtut ſit, certum eſt, Philoſophiam non modò cum Platone, verum etiam Salomone noſtro, donum, cum Cicerone inventum Deorum eſſe, inveſtigatricem cœleſtium, ſcrutatricem æternorum, & earum certè rerum, quæ nulli ſe mortali aſpectui aperire dignantur, niſi eos, quoad fieri poteſt, à corporis conſortio, hoc eſt, affectibus omnibus ſejungamus, ac mori in vita conſueſcamus. Quod niſi fiat, neminem rectè philoſophaturum Philoſophiæ princeps Socrates jam moriturus diſputavit. Hinc & 1. Tuſc. ex Platone Cicero totam Philoſophorum vitam nihil aliud niſi mortis commentationem eſſe affirmat; & 1. de Divin. eam animi partem, quæ rationis

Cauſa efficiens Philoſophiæ Deus eſt.

Plato in Tim.

nis & intelligentiæ particeps eſt, tum maximè vigere ſcribit cum plurimum abſit à corpore. Philoſophum eſſe, plus eſt quam hominem eſſe, quod quam ſit plane divinum, ex tanto hominũ numero optimi iidemq; rariſſimi quique teſtantur, qui ſuperatis cupiditatibus huic uni vitæ magiſtræ ſeſe devoverunt. Vnde præclarè Seneca: Deorum immortalium munus eſt, quòd vivimus: Philoſophiæ autem, quod benè vivimus. Itaq; tanto plus nos debere huic, quàm Diis, quanto majus beneficium eſt bona vita, quam vita, pro certo haberetur, niſi ipſam Dii Philoſophiam tribuiſſent. At ne Soli lumen mutuare videar, verboſius Philoſophiæ honeſtatem comprobare nihil neceſſe eſt, præſertim cùm ipſam honeſtatem ac modeſtiam alumnos habeat.

II. Locus continebit utilitates Philoſophiæ cum neceſſitate conjunctas, oſtendetque quanti referat ad graviores maximè facultates, Theologiam, Iuriſprudentiam, & Medicinam, quæ Philoſophiæ partibus tanquam fundamentis nituntur, in iis temporis & operæ aliquid ætate humanioribus Muſis deſtinata poſuiſſe. Ac primum ſe offert LOGICA ſeu differendi ſubtilitas, quam ſive partem, ſive inſtrumentum Philoſophiæ dixeris (utrumque enim ſuo modo dici poteſt) quoquò te verteris, unicum certè omnium artium, via & ratione tractandarum, modum ac formam adeſſe vides. Si cuiuſcumque generis artes ac diſciplinas illuſtratas, & ad vitæ humanæ uſum traductas & accommodatas habemus, nobilis atq; divinæ Logicæ beneficium eſt. Si de rebus omnibus acutè cogitare, ſubtiliter interrogare, prudenterque judicare & reſpondere poſſumus, nobilis atque divinæ Logicæ beneficium eſt. Si interpretandis bonorum auctorum conſiliis & inventis juventutem erudimus, nobilis atque divinæ Logicæ beneficium eſt. Si res anguſtas

Macrob. 7. Satur.

amplificare, obſcuras interpretando explanare, rem univerſam in partes tribuere, latentem definiendo explicare, ambigua videre & diſtinguere, quæ fusè diſputantur, & liberè, ea particulatim & preſsè dicere valemus, nobilis atque divinæ Logicæ beneficium eſt. Denique ſi, quo homines beſtiis maximè præſtant, id eſt, ratione, conſilio, judicio hominibus ipſis præſtamus & antecellimus, nobilis atque divinæ Logicæ beneficium eſt. Hac armatus *Theologus*, & diſpoſitione, & perſpicuitate, ac pondere ſcholaſticam diſputationem efficiet nervoſiorem & artificioſiorem, ut potens ſit exhortari non modò in doctrina ſacra, ſed eos, qui contradicunt, poſſit arguere, quod Paulus ad Titum Chriſtiani Doctoris præcipuum eſſe inſtitutum tradit. *Cap. 1.* *Iuriconſultus* niſi ſe neceſſariis ad tractanda ſuæ profeſſionis problemata inſtrumentis ſpoliare velit, commune hoc ſubſidium repudiare nullo modo poteſt. Hinc Cic. in Bruto ſuo tribuit quidem multis juris civilis uſum, artem verò uni Servio Sulpitio, quod is præter hanc artem omnium artium maximam quaſi lucem ad forum & juris cognitionem attuliſſet: ideo enim quæ ab aliis confusè, ab hoc dilucidè & artificiosè vel reſpondebantur, vel agebantur. *Medicinæ* pater Galenus non minus methodica ac dialectica tradendi medicinam via, quàm ipſa ſcientia ſuis filiis profuiſſe videtur. Miramur omnes, neque id injuria, aureum illud Tullianæ eloquentiæ flumen, & ubertatem plane divinam. At quid fuit, quo ille naturam, alioqui optimam, & ſingularem adjuvit? Fuit, Auditores, cùm aliarum, tum huius artis diligens perceptio, quam ſtudioſiſſimè illum perſecutum eſſe, & res ipſa indicat, & multis locis toti literatorum nationi teſtatum fecit à puero. *In Bruto.* Diodorum Dialecticum audivit, hunc admiratus eſt, hunc dilexit, hunc apud ſe habitaſſe, ac domi ſuæ mortuum ſæpius ipſe teſtatur. Ma-

METAPHYSICÆ dignitas & eminentia ex ejus appellationibus innoteſcit. Theologia enim, & prima Philoſophia in ſcholis dicitur, quia univerſas & primas rerum cauſas, Deum & intelligentias conſiderat: vel dicitur 1. Theologia naturalis, quia ſpecialiter tractat de Deo, & rebus divinis, quatenus naturali intellectus humani vi intelligi poſſunt. 2. Prima Philoſophia, vel quia de primis, & communiſſimis omnium rerum principiis & attributis agit, ab eaq; omnes aliæ diſciplinæ Philoſophicæ dependent, vel quia primas ſubſtantiæ ſpecie, ut ſunt Deus, Angeli, formæ ſubſtantiales, explicat 3. Sapientia, quia res a vulgi captu remotas contemplatur, rerum ſupremas cauſas & affectiones inquirit, atq; ita hominem verè ſapientem reddit. 4. Metaphyſica, quas tranſphyſica, quòd ea tractat, quæ fines & limites Phyſicæ tranſcendũt, & ſupra res naturales ordine naturæ ſeu dignitatis ſunt collocata. Hæc igitur inter omnes artes & diſciplinas Philoſophicas, ceu Domina & regina eminet, ejusque cultura animus ad cæterarum diſciplinarum ſatus melius ac facilius accipiendos præparat ac diſponit. Hæc cæteris tantò dignior eſt, quantò Deus creaturis, cauſæ effectis ſunt præſtantiores. 2.

Artes MATHEMATICAS tanti conſtat feciſſe veteres, ut ob certitudinem & demonſtrationis ἀκριβείαν ſolas eas μαθήσεις. hoc eſt, diſciplinas appellarint, utpote in quibus & ſuos pueros (qui eam linguam, qua artes & diſciplinæ tradebantur, domi à matribus diſcebant) diligentèr ab ineunte ſtatim ætate informari volebant, & his velut gradibus ad altiora Philoſophiæ penetralia aſcendebant, quibus initiis, qui ad ſublimiora præparati non erant, ii tanquam inepti, & inutiles auditores à ſapientiæ magiſtris illud audire ſolebant Platonis ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω. 3.

4. *Antiquitas & dignitas Phyſica.*

PHYSICA in ipſo ſtatim Paradiſo initium ſuum cœpit, uti primus generis humani ſator, & propagator Adamus teſtatur: in huius enim conſpectũ cum Deus omnia animalium genera adduxiſſet, ipſe, quia Phyſicæ cognitione à Deo erat adornatus, ſingulorum ſtatim naturas perſpiciebat, & pro earum varietate varia & diverſa ipſis nomina imponebat. Ab Adamo Philoſophia naturalis ad ejus poſteros Judæos, à Judæis ad Ægyptios, ab Ægyptiis ad Græcos, à Græcis ad Latinos propagata fuit, & in omnes terrarum oras diſſeminata. Hinc Salomõ, tam præſtans ſolersq; naturæ explorator & interpres fuit, ut de omnibus rebus, quæ totius univerſitatis ambitu continentur, ſciẽter & acutè diſſerere potuerit. Et propterea Hieroſolymas, quotidie ex remotiſſimis locis non modò magna gentium & populorum multitudo confluebat ad audiendam ipſius ſapientiam; ſed etiam ipſa Regina Sabæ, famæ ipſius celebritate ſapientiæq; admiratione allecta fuit, ut longinquo itinere ſuſcepto eum inviſeret, & de rebus naturalibus præclariſſimè diſſerentem audiret. Si eiusdem utilitate ſpectemus, multo adhuc magis ipſius præſtantia elucebit. Illa namq; pulcherrimum hoc, & ampliſſimum mundi opificium ſibi contemplandum proponit, & ex naturali intuitu, & notitia paulatim nos quaſi certis quibusdam gradib⁹ ad ipſius opificis Dei ſapientiam, bonitatem, & potentiam infinitam conſiderandam cognoſcendamq; deducit. Illa omnium corporum naturalium tam animatorum, quam inanimatorum, tam cœleſtium quàm terreſtrium naturas, cauſas, affectiones, vires, operationes & uſus exponit, & deſcribit. Illa artificioſam, & admirandam corporũ ſuperiorum cum inferioribus connexionem, harmoniam, & conſenſionem monſtrat, & quomodo ex vario elementorũ concurſu tot diverſæ & ferè infinitæ miſtorũ for-

Hæc pulchrè Ioan. Caſus in Comment. in l. 8. Phyſ. Ariſt. epiſt. ad Lect.

mæ

mæ oriantur & exiſtant, e diſſerit. Quis noſtrûm (ſi quando in Phyſicorum naturæ opera rimantium ſcripta incidit) nõ experitur inſigniter ſæpe ſe cõmoveri? Quis inde, niſi plane ferreus, ad collaudãdam ſapientiam, potentiam, & bonitatem huius tanti Architecti non excitatur? Quis non tantarũ rerum explicatione, quas alioqui, propter ignorãtiam, ne attendimus quidem, obſtupefact⁹, in gratiarum actionem prorumpit? quanta hinc, quanta ſit apud Deum moderatio, quantus ordo, eiusdem Dei opera & facta cernentes perſpicimus. Vix ulla eſt vitæ benè beateq; degendæ ratio, vix ulla eſt ars vitæ humanæ neceſſaria etiã extra eas, quas verè liberales dicimus, cui nõ plurimum adjumẽti conferat Phyſica. Hinc agricolæ noſcunt tempora & loca ſeminibus apta; hinc paterfamilias futuram caritatem, ut de Thalete proditum eſt, providet: hinc nautæ ex flatu ventorum vario, ex grãdine & nubibus aliisq; ejus generis ſignis tempeſtatem vel ſerenitatem proſpiciunt: hinc omnium evidentiſſimè Medici fructum auferunt uberrimum, cum ex Phyſicis medicina ſua ſumat principia: hinc etiam non parva ſæpe commoditas ad Remp. & vitam civilem redundat. Plutarchus certè graviſſimè cenſuit, eos homines eſſe perfectos, qui poſſunt τὴν πολιτικὴν δύναμιν μῖξαι καὶ καταθέσθαι τῇ φιλοσοφίᾳ. Plato beatas eas aſſerit eſſe Reſpub. quæ ab iis adminiſtrantur, qui ſtudent, ut quatenus tempora permittunt, & Remp. gerant, & Philoſophiæ incumbant. *Herod. lib. 1. Ælian. lib. var. lect.* *De edu. puer*

Ethica 1. magnum adfert lumen ſtudio poëſeos & hiſtoriarum. Nam in ea theſes, in poëſi & hiſtoria hypotheſes tractantur, & egregia virtutũ ac vitiorum exempla, nec non illarum prȩmia, horum pœnæ proponũtur. Accedit quòd Poëtæ, Hiſtorici, aliiq; Scriptores multas ſuis ſcriptis morales inſparſerũt ſententias, quæ ſine principiis Ethicȩ intel-

intelligi non poſſunt. 2. Munit viam ad Jurisprudentiam. Nam ſicut Medicus ſua principia ex Phyſiologia deſumit, ita Jurisconſulto moralis Philoſophus fontes ſuarũ legum ſuppeditat. Quid enim leges aliud ſibi volunt, quàm quod imperant virtutes, & prohibent vitia, ut propoſitis præmiis homines ad honeſtas actiones provocentur, & injecto pœnæ metu, eorundem audacia coerceatur? 3. Nullus Theologus, atq; adeò nullus Chriſtian⁹ ejus ſubſidio carere poteſt. Eſt enim Methodus aſſequendi ſummum bonum: eſt diſciplina nobis arma parans, quibus adverſa naturæ, & fortunæ tela obtundere valemus: eſt medicina morborũ animi, regula actionum, magiſtra virtutũ, expultrix vitiorum. III. *Iucunditatem* ſtudii Philoſophici docebis, 1. exemplo eorum qui poſtquam ſe ſemel illi penitus tradiderunt, neq; rei familiaris curâ neq; honorum cupiditate, neq; corporearum voluptatum blandimentis ab eo avocari queunt. 2. Haud ſcio, an quicquam ſit, quod majore titillatione honeſtiſſimæ voluptatis animum hominum afficere, majoremq; in admirationem abripere poſſit, ſcientia rerum huic ſtudio ſubjectarum. IV. *Neceſſitatem* Philoſophiæ dices conſtare ex eiusdem utilitatibus: in ſpecie verò Philoſophiæ naturalis neceſſitatem probabis hiſce argumentis. I. Quia nemo poteſt librum naturæ in quo Deus ſeſe hominibus naturaliter patefecit, rectè legere & intelligere, niſi qui Phyſicæ eſt peritus. Hæc enim ſola mundum hunc viſibilem, qui veluti naturæ liber eſt, contemplatur. 2. Quia nemo poteſt naturalem vel Dei, vel ſuiipſius cognitionem ſibi comparare, niſi in phyſicis eſt verſatus, cùm à cognitione vera creaturarum dependeat vera & naturalis cognitio Dei Creatoris, & nulla alia ſit diſciplina, quæ de homine, quatenus homo eſt, agat, præter ſolam Phyſiologiam. *V. Facilitatem* huius ſtudii

Vbi Ethicus deſinit, ibi Iuriconſultus incipit.

eſſe

eſſe vel hinc perſpicuam dices: 1. quòd principia ſapientiæ unicuiq; homini ſint innata. 2. quia à doctiſſimis jam viris exculta eſt Philoſophia, & dilucidè deſcripta.

Epilogus hortatorius repetet ſummatim argumenta, & reprehēdet eos, qui cùm & temporis & pecuniæ etiam in res pernicioſiſſimas ſint profuſiſſimi, hic de temporis jactura & ſumptuū inutili profuſione & magnitudine, quaſi cenſorii quidam Catones, graviter conquerūtur: in litteras ac præceptores, ſi denarium quis impendat, talentum reputant: hic ponderant maurum ut aurum, at iidē in laniſtas, ſicas, cōvivia, canes, & ſi audire placet, lupas ſupra quam patitur patrimoniū, alioqui ſplendidiſſimum, ſunt prodigi. O præclari veſtrorum ſtudiorum duces, monitores circumſpecti, qui vos helluari, quàm philoſophari malunt! Quin vos potius, quotquot adeſtis humaniorum litterarum cupidi adoleſcentes, cohortari non intermittim⁹, ut exemplo eorum, quos tota admiratà eſt poſteritas, inſtitutoq; majorum huic vos omnium benefactorum matri Philoſophiæ excolendos & ſanandos detis, neq; vel inſidioſis vos voluptatum illecebris, vel leviſſimorum imperitorumque hominum inſulſo judicio, vel deniq; laboris fuga ab eadem vos abduci patiamini.

XI. DE NOTITIA SVI.

Exordium *ab exemplo impiorum Chriſtianorum Gentilium*: Admodum ſemper anxii ac ſolliciti fuēre Chriſtiani omnes, qui hoc nomen pietate æquârunt, imò nationes quoque in cæco gentilitatis nubilo caligantes, ut ſui notitiam adipiſcerentur: illud enim ſive Chilonis Spartani, ſive Solonis Attici, γνῶθι σεαυτὸν, quod latinè eſt, noſce te, non Delphicæ duntaxat columnæ inſcripſerunt, ſed ut cœlitus delapſam vocem ſumma vene-

Vide R.D. Martini del Rio ora ſex. de notitia ſui. Viridarium Buſai, & orat. Antonii Mureti de ſui cogni-

 vene-

tione Speculum eſt vera & ſumma ſapientia inſtrumētum, quia præſtat ut nos ipſos cognoſcamus. Honeſtum certè quod Deus præcipit.

veneratione coluerunt. Et quia ſpeculi uſus ad ſui notitiam ſingularis eſt, ideò Socrates diſcipulis conſulebat, ut ſe quotidie ad ſpeculum ornarent, ea gratia, ſi formoſi apparerēt, formam faciei pulchritudine morum vincerent; ſin deformes, labē hanc vultus noxamque animæ formoſitate abolerent. Nec minus acutè Maurorum acutiſſimus Avicenna, quibus os diſtortum eſſet, jubebat frequentius in ſpeculum inſpicere, ut oris ignominiam verborum honeſtate tegere niterentur.

Propositio: Vt igitur & nos notitiæ noſtri deſiderium vehementius animo concipiamus, quanta ſit notitiæ ſui honeſtas, utilitas, & neceſſitas declarabo.

Confirmationis I. *Locus ab honeſto:* Quia planè neceſſaria futura mortalibus erat ſui exacta cognitio. Deus humanæ ſalutis cupientiſſimus, nobis hanc ſcientiam nō uno duntaxat modo, aut ſero tandem, ſed ab ipſo mundi exordio diverſis modis inculcavit. Primū diſertis verbis, cum apertè docuit Adamum quid eſſet, *pulvis,* inquiens *es, in pulverem reverteris.* Secundò docuit nos idem rebus ipſis, quando Jeremiam duxit in domum figuli, & ei oſtendit quo pacto figulus ex argilla generis omnis vaſa formaret, frangeret, reficeret arbitratu ſuo. Tertiò arcanis quibuſdam notis, cùm Gen. 5. nomen maſculi & fœminæ vocavit Adam, hoc eſt, hominem; tunc enim communi hoc nomine indicavit utriq; quid eſſent, & præceptum hoc, noſce teipſum, eis promulgavit.

Gen. 3. Ierem. 18.

Optimo jure & prudenter Deus initio mundi à viliore potiùs parte, materia corporis, quàm à nobiliore, quæ eſt anima, utrique ſexui commune hoc nomen deſumpſit: quia id, & Deo glorioſius; & homini utilius fuit. Deo id glorioſius fuit, quia ut magnorum Regum potentia tum maximè prædicatur, quando ex minimis maxima, & ex viliſſi-

viliſſimis nobiliſſima efficiunt, quando (ut Anna prophetavit) *de pulvere ſuſcitant egenum, & de ſtercore pauperum elevant:* Sic Deo placuit lutum iſtud non elementis modò, ſed & ſideribus & orbibus cœleſtibus præferre, cunctis etiam viventibus corporeis creaturis præficere, ut ſic magnanimitatem, beneficentiam, ſapientiam, omnipotentiamque ſuam cunctis propalaret. Idem homini utiliſſimum fuit, quia non obſcurum periculum ſuperbiæ huic luto imminebat, quandocunq; naturæ ac cõditionis ſuæ oblivione tangeretur; ab hoc eum periculo Deus eripuit, ipſa nominis Adam impoſitione. Semper, ut verè Divus prodidit Baſilius, nobis quod ſumus ante oculus poſitum eſt, non poſſumus obliviſci materiæ noſtræ, niſi moriamur: nec enim priùs à terra recedimus, atq; cùm in terram redimus. Ex terra creati, in terra nati, & educati, ſuper terram gradimur, ſtamus, ſedemus, procumbimus; quidquid fermè gerimus in terra, vel ſuper terram gerimus. Vt igitur ſicut oculis, ſic etiam cogitationi terræ memoriam continuò ingereret Deus nos Adam vocavit, eò quòd nos de limo terræ formarat, non de quavis terra, neque de terra, quæ foret arida & ſterilis; ſed de ſucculenta & pingui, quam Hæbræi Adama vocant, nos lutum, humum, argillam. Igitur cùm Deus homini nomen iſtud impoſuit, non aliud egit, quàm ſi dixiſſet apertius, cognoſce te ipſum ô Adam, memẽto quid ſis: vocaris Adam, es lutum: diceris Adam quia es Adam: diceris homo, quoniam es humus. Nomen inde tibi conſultò, quod te tui non ſinat obliviſci. Terra gerula tui, te nominis quod geris; te nomen viciſſim terræ, quam calcas admonebit: ac nomen & terra ſimul ambo te ad omnem humanitatem atq; humilitatem revocabunt.

1. Reg. 2. 8.

Homil. 11. in Exam.

CONFIRMATIONIS II. *Locus à variis huius notitia commodis.* 1. Notitia ſui eſt gradus ad notitiam Dei:

Sapientia ſap: entiſſi-

ma duæ præcipuæ ſunt partes. Dei: ad cognitionem, inquam, Dei per cognitionem noſtri aſcēditur. Nam qui ſe novit creaturam, neſcire nequit aliquem eſſe Creatorem: qui ſe ſcit ſeruum, ignorare non poteſt habere ſe dominum: qui novit ſe aliquando non fuiſſe, hunc non latet eſſe alium, per quem factus, ut qui non erat exiſteret: qui callet ſe propriis viribus ſubſiſtere non poſſe, non poteſt non ſuſpicere alium, à quo conſervatur: hinc timor, hinc amor, hinc fides, ſpes ceteræ virtutes ad unum. Ideo D. Franciſc⁹ (quàm indiligēs mundanæ & brevis, tam ſtudioſus divinæ & æternæ ſapientiæ) hoc unum ſolidæ noctis oratione à Deo poſtulavit, notitiam ſui Deique: Nôrim me, norim te Domine.

Ecce quot bona parit, vnicà notitia ſui.

2. Cognitio noſtri eſt ſignum in corda noſtra Chriſtum ſibi adventu ſuo hoſpitem delegiſſe. Solis in noſtro Orizōte præſentiam licet avium cantillantium lætitia, & quidem riſus, & amœnitas plantarum omniū, hominum etiam ad ſuam quiſque properantium functionem alacritas declarēt, tamen hæc omnia conſectaria quædam ſunt effectus præcipui, & per eum demonſtrationes, adveniſſe nobis ſolis exortum, cujus adverſus præcipuus effectus eſt ipſa diei lux exoriens, & omnia pulſis tenebris lætitia perfundens. Eodem modo verum juſtitiæ ſolem in corda noſtra ſe inſinuaſſe, percipimus quidem ex promptiore divinorum præceptorum obſequela, ex perſeverantia & fortitudine in iis ambulandi, ex deterſione lepræ ſpiritualis, ac ſimilibus effectis pœnitentiæ: ſed hi omnes inde naſcuntur, quòd jam pulſa ſit mentis noſtræ cæcitas, & per præſentiam ſolis juſtitiæ Chriſti Jeſu ex cæcis facti ſimus videntes, eò quòd qui nos ipſos ignotabamus, jam nos ipſos, ideo & Deum quoque videre, hoc eſt noſſe cœperimus.

3. Ex cognitione ſui naſcitur humilitas, radius & mater aliarum virtutum. Hæc omnium bonorum &im-

& imprimis totius ſapiētiæ homini cauſa eſt, quia juſtum, bonum, felicem facit, quia Deum docet colere, & hominem cuncta perducere ad eum finem, ad quem à Deo creati ſumus. Ideo tam frequenter Spiritus ſanctus in divinis codicibus originem noſtram nobis inculcat. Ipſi Adamo Deus dixit ore proprio: *Pulvis, es & in pulverem reverteris.* Per os autem Prophetarum frequentiſſimè, ut per Davidem: *Sciant gentes quoniam homines ſunt.* Per Iſaiam ſe vocat *figulum & plaſten*, hominem verò vocat *lutum & teſtam de ſamijs terræ.* Per Jeremiam clamat: *Sicut lutum in manu figuli: ſic vos in manu mea.* Et per Apoſtolicam rurſus tubam: *Figulum luti habere poteſtatem ex eadem maſſa facere vas aliud in honorem, aliud in ignominiam; nec figmentum ei, qui ſe finxit, poſſe dicere, cur me ſic finxiſti?* Superbiam retundit verbi malleo ſapientia Syracidæ: *Quid ſuperbis terra & cinis?* Hac conſideratione ſe compeſcebat magnus credentium pater, & Abraham. *Loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis & cinis.* Hoc libamine Deum David placabat: *Recordatus eſt quoniam pulvis ſumus: homo ſicut fœnum dies ejus: tanquam flos agri ſic efflorebit.* Et eo vetuſtior Iobus: *Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me.* Igitur (ô homo) ſi attenderes quid ſit homo, non facilè ſuperbires. Cùm inciderit tibi tumor ſuperbiæ (ſic D. Baſilius monet.) mox incidet etiam tibi tuæ creationis recordatio, quòd de limo terræ ſis creatus, & tumor diſſipabitur, naſcetur tui contemptus & diſplicentia. Si tibi diſplices, nec ſuperbire licebit, nec impatientia efferaberis, nec cura erit laſcivire; flere potiùs voles, & multa perpeti, & de pœnitentia ſeriò cogitabis. Quomodo ſibi placeat, qui ſe lutum eſſe reputet? Jactas nobilitatem? non tuã jactas. Sed quid iſta nobilitas? revoca primam originem, ex luto illa prodiit. Tumes propter divi-

Gen. 3.
Pſalm. 9.
Eſai. 45.
Ierem. 18.
Rom. 9.
Eccl. 10.
Gen. 18.
Pſ. 102.
Iob. 10. id eſt ex argilla concreta materia corpus plaſmaveris meum. Hamil. 11.

divitias? quid illæ niſi lutum, quod contra te denſum nimis aggregas? Animos facit pulchritudo, aut robur corporis? illud etiam luto vilius fœdiusque futurũ, cùm in cadaver vertetur. deniq; quidquid jactas, id totum coram ſincero judice Deo ſordidum eſt ac cænoſum. Tu ex elementorum imo & ſpurciſſimo creatum te ſcito: vinceris ab aquá pelluciditate; ab aëre levitate; ab igne activitate; à plantis pleriſque colore, odore, & vi medica; ab arboribus altitudine, roboreque; ab apro auditu, à vulture olfactu; ab aranea tactu; à lynce viſu; à cervo velocitate; à cane gratitudine; à vulpe vafritie; ab equo robore; ab elephanto corporis mole; à leone animis; à cæteris brutis alia atque alia dote; denique quod nullum ex corporeis rebus creatum aliud Deo ingratum, inviſum, peccatis obnoxium, nullum tot cupiditatibus vagum, tot erroribus illaqueatum, tot periculis expoſitum, tot terroribus trepidum, tot ſuſpicionibus anxium, tot neceſſitatibus ærumnoſum.

Demitte igitur oculos (ô Adam) non in pedes (ſic tamen ſuperbiam pauo ponit) ſed infra pedũ plantas Hoc eſt, quod calcas. O quàm hæc utilis meditatio ad manſuetudinem? quantas patientiæ vires tribuit? qualis ad lenitatem & injuriæ condonationem perſuaſio eſt? Quid enim eſt, ô lutum, quod te exaſperavit? Suſpicio, te contemni? contemnes ſuſpicionem, ſi lutum eſſe te memineris. Dixit quis contra te aliquid acerbius? quid dicere potuit, quod cœni, quod luti dedeceat vilitatem? verbera verbis addidit? rectè: cenſuit humum ſubigendam. Spiritualem fullonem dilige; ſubigendo nitelam tibi conciliavit &, ne difflueret, fragili luto ſoliditatem attulit. Verùm nec vulnera defuêre ergone memoriam retines injuriç acceptæ, vile cœnum? Vide quanto deterior ſis levicula flamma: hæc nec vulnere ſe patitur diſſipari; quan-

ri, quanto deterior ſis aëre, recolligit ſe, & confeſtim coaleſcit; quanto deterior ſis aqua, ſulcatur à navi roſtrata, ſed ſulcum fluctu brevi momento confundit. Sola tellus aratro proſciſſa, liram conſervat, ſed ex eadem lira fructum progerminat: tu tellure improbior, ſervas in animo veſtigia ſectionis, & inſuper ſemen ipſum patientiæ & benè metendi præfocas, daret injuria illa meſſem vberem, niſi tu frugiperda ſalix delirares: ſævit in te, ô terra, qui te læſit; ignoſce, & in illum ſis beneficus, metes cũ uberiore gaudio, & lętitia ſecuriore.

Ad hæc quo (quæſo) pacto materiæ ſuæ gnarus & memor, illicus carnis ſe patietur abduci, & mẽbris luxuriantibus habenas audebit laxare? nonne cogitabit, quò feror? quid ego? terra; quid illa? cœnum. Egone, ut ſus immundus me dem in volutabrum luti? egone ut cœnum amplexer? non faciam. Scio cœnum iſtud, ſi abſtineam, in cœlum tranſcribitur: ſcio, ſi non abſtineo, huic cœno, præter vermes & puttedinem, ipſum etiam infernum ſubſternendum. Potius obdurabo, & terram iſtam pœnitentiæ operibus ſubigam. Dabit Deus victoriam conanti vincere, qui dedit ut velis reſiſtere. Ex hac continentia & ſufferentia gignetur ſpes, quæ non confundit, & cum ſpe naſcetur prima pœnitentiæ filia, Confeſſio, & ſoror ejus gemella Dolor de peccatis. Iſti fructus naſcuntur ex confuſione, quos ſuffundit proba ſui cognitio. Nam qui ſe penitus novit, videt peccatorũ ſuorũ multitudinem & fœditatem, ideo cum publicano non audet oculos in cælum ſuſtollere, ideo fundit oculis & corde fluenta lachrymarum.

III. CONFIRMATIONIS *locus à neceſſario.* Notitia ſui ad ſalutem eſt neceſſaria. Nam S. Bernardus ſcribit: neminem, qui ratione jam matura præditus ſit, ſine cognitione ſui ſalvari poſſe, rationemque reddit, quia de cognitione ſui mater ſalutis *Ser. 27. in Cant.*

hu-

humilitas naſcitur, & ſanctus timor Domini, qui ſicut eſt initium ſapientiæ, ſic etiam eſt initium ſalutis. Quæſo, ſaluarine poteſt aliquis, niſi Deus in illo habitet, & ipſe in Deo? aut Deum amare quisquam poteſt, qui Deum non norit? nulla certè ignoti cupido eſt. Sed Deum nemo novit, niſi ſe norit. Sic notitia ſui, ſalutis principium eſt, quemadmodum ſalutis complementum eſt amor Dei: amoris quoque Dei principium eſt notitia ſui, eò quod amor Dei naſcitur ex notitia Dei, & notitia Dei ex notitia ſui. Phyſici creatarum rerum aſcenſiones quaſdam conſtituunt, non abſimiles ſcalæ, quam in ſomnis Patriarcha Iacob contuitus. Hanc creaturarum ſcalam ſi quis hominum meditabundus paret conſcendere, in primo gradu reperiet res corporeas duntaxat exiſtentes, & ſola præditas eſſentia: ab his ſe differre ſtatim videt, quia videt vita motuq; proprio ſeu innato illa carere. Mox aſcendit ad ea, quæ & ſunt & vivunt: poſt in tertio gradu reperit genera varia vitæ, motu locali, & ſenſu præditorum. Quart⁹ gradus homini cum Angelo communis eſt, quia homo non ſolùm eſt, vivit, ſentitque; ſed prætere a intelligit, ratiocinatur, providet, ſapit, & liberè vult aut non vult. Quæ cum omnia ſibi, ineſſe animadverterit homo, ſicque ſe noverit in ſummo ſcalæ bacillo conſtitutum, ſimul videt ſe & alias creaturas nihil habere, quod non à natura ſuperiore & excellentiore Deo Opt. Max. quem in ſupremo ſcalæ ſuggeſtu reperit, acceperit. Tali gradatione per hanc ſcalam ex ſui cognitione homo ad Dei notitiam, ex Dei cognitione ad Dei amorem, ex Dei amore ad æternam beatitudinem pervenit. Vnde conſequitur, hanc dũtaxat ſcientiam homini neceſſariam eſſe: cætera pleraque, quantumvis utilia, tamẽ (res fidei continentur in Dei cognitione) licere nobis ignorare: ſeipſum neſcire, id vero nulli permiſſum

Gen. 28.

missum

miſſum eſſe,qui ſaluus eſſe velit. Modum viamq; *Serm. 36. in Cant.*
ſciendi S.Bernardus triplici termino definit, ſcire
quo ordine,quo ſtudio,quo fine quodque ſcire o- 1.
porteat. Ordinem in eo ponit,ut ſciamus,id nobis prius diſcendum, quod maturius ſit ad ſalutem; nihil autem maturius eſt ad ſalutem cognitione
ſui,prima ergo diſcenda ordine. Finem congruum 2.
ait ut non ad curioſitatem,ad quæſtum,ad vanam glotiam; ſed ad Dei honorem, & proximi utilitatem diſcamus: quod nemo facere videtur, niſi qui vacat ſui cognitioni, quia dum ſe cognoſcit, Deum cognoſcit, & ideo etiam Deum amat: & quia Deum amat, etiam proximum diligit: & proinde ad Dei gloriam & proximi emolumentum ſuam ſcientiam dirigit. Studium D. Bernardus pro cona-
tu poſuit, & ſtudii modum eſſe vult, ut in id incũ- 3.
bamus vehementius, quod charitatem inflammat ardentius: nihil autẽ illi flammas ardentiores ſubjicit, quàm clara Dei cognitio, quæ clarior futura, quo ſe ipſum quis clarius cognoverit: hoc ergo ſtudio nobis ſcientiæ quærendæ,ut plus operæ & conatus noſtræ cognitioni, quàm rebus aliis impendamus. Vnde illud neceſſariò conſequitur, modum viamque ſciendi perfectiſſimam eſſe, ſeipſum quàm perfectiſſimè noſſe.

Sunt autẽ in hac cognitione ſui ſcopuli duo vitandi,naufragiis nobiles. Prior eſt, aliena cũ propriis confundere; poſterior, nos ipſos à rebus noſtris non diſtinguere. De priore ſcribit B.Nyſſenus,cur, ut multas virtutes, quas poſſumus non acquiramus, & quas acquiſivimus facilè perdam9 unam ac potiſſimam eſſe cauſſam, quia pleriq; neſcim9 à noſtris aliena ſecernere ac dijudicare. Gloriam, opes, nobilitatem, honores, amicos, noſtra eſſe ducimus, eò quòd nobis illa arridere & adeſſe conſpiciamus: fallimur tamen, magnoperè fallimur,quia non ſunt noſtra fluxa illa & fragilia,

quæ

quæ levis caſus aufert invitis; fit tamen, uti hoc errore decepti, alienorum diligentes, noſtra negligamus, & ideò utriorumque jacturam facimus: alienorum, quia cùm noſtra non eſſent, illa non potuimus retinere: noſtrorum, quia quaſi non noſtra retinere parvi pendimus. Cùm igitur externa omnia aliena ſint, non tua; cum juberis te noſſe, non aliena, ſed tua noſſe juberis, corpus tuum & animâ tuam. D. Baſilius, Nyſſeni frater, vult te non ſolùm inter tua & aliena, ſed inter te etiam, & tua diſtinguere, aſſerens eum, qui ſe totum impendit cognitioni (externi hominis) corporis & membrorum, operam ponere non in cognitione ſui, ſed rerum ſuarum. Vnde & illud ſtatuit, cùm jubemur noſſe nos ipſos, hoc præceptum non tam ad corporis noſtri, quàm ad animæ cognitionem referendum.

IV. *Locus ab incommodis contrarij, vel ignorantia ſui.* Ab hac verè nata fuit generis humani calamitas omnis & ruina. David in oda duodequinquageſi-
Pſalm.48. ma cecinit: *Homo cùm in honore eſſet non intellexit, ideo comparatus eſt jumentis inſipientibus.* Ideò homo omni exutus ſapientia, ſumma dignitate decidit, quia ſeipſum non cognovit. Sola noſtri ignorantia nos jumentis ſimiles reddit; aliarum rerum ignorantia nos ſimiles facit indoctioribus, ſed hominibus tamen. Sola ſui ignorantia nomen cæcitatis meretur, cæterarum rerum neſcientia cæcitas non eſt, ſed viſus quædam imbellicitas, à ſe remota non cernere defectus eſt, & infirmitas ejus qua videmus poteſtatis; ſed ne proxima quidem, vel nos ipſos, atque nec naſum videre ſuum, id jam eſt oculis orbatū eſſe. Cæcus igitur eſt animus, non qui alia à ſe; ſed qui ſeipſum non cognoſcit. Peſſima hæc cæcitas duplex eſt: una eorum, qui cæcos ſe eſſe non neſciunt, quorū non diffici-
Iſai.59. lis eſt curatio; alia eorū, qui ſe videntes antumant, cum

cum ſint cæci, (ut ii, quos fumoſa & caliginoſa philautia exoculavit) quorum fermè inſanabilis eſt ægritudo. Priores ſimiles ſunt cæco, quem Chriſtus ſanavit, oculis ejus illinens ſputum luto miſtum, hoc eſt, ante oculos ei objiciens animæ & corporis cognitionem. Poſteriores ſunt ſimiles cæcis Phariſæis, qui ab animarum archiatro Ieſu ſanati non fuêre; quoniam ſe cæcos eſſe non crediderunt. Qui ſe neſcit ægrum, medicinam reſpuit, hoc ipſo oppreſſus morbo graviore, quòd ſanitatem falsò præſumit; qualis ille, qui ſui ignarus, *dives ſum*, aiebat: *& nullius egeo.* & mox audivit, *tu verò pauper es, & miſerabilis, & cæcus, & nudus.* Apoc. 3.

Quot in diſcendo progreſſus nullos faciũt, quia ſe doctos putant? quot manẽt maculoſi vitiis, irriſores, detractores, cerebroſi, cervicoſi, ſuæ phantaſiæ & voluntati affixi; ut aliorum contemptores, ſic admiratores ſui, non alia magis ex cauſſa, niſi quòd eorum vitia quàm in aliorum incurrunt adſpectum, tam ipſorum fugiunt cæcitatem: unde ſe putant cuncta pervidere, ſed tamen quid manticæ ſit in tergo non vident.

Sanârat cæcum natum Chriſtus, qui ſe cæcum profitebatur, & veniſſe ſe *in hunc mundum* dicebat Chriſtus, *in judicium, ut qui non vident, videant*, ut qui morbum agnoſcunt ſuum, ſanentur: addidit, *& qui vident, cæci fiant*, hoc eſt, ut qui ſe putant videre, & medicum non requirunt, magis in hac cæcitate confirmentur. Phariſæi probè intelligentes, ſe his verbis cæcitatis animi notari, interrogabãt, num ipſos eſſe cæcos cenſeret. Reſpondit Dominus: *Si cæci eſſetis* (judicio veſtro) *non haberetis peccatum*, liberaremini ab hac miſeria, peccatũ agnitum & confeſſum à vobis auferrem: ſi vos ſciretis eſſe ægros, ad medicum properaretis: ſi vos crederetis eſſe peccatores, ad Agnũ, *qui tollit peccata mũdi*, feſtinaretis. *Nunc verò* creditis, & *dicitis* in cordibus *Hebræi ponunt dicere pro credere.*

dibus veſtris, *quia videmus*, cæci non ſumus, *peccatum veſtrum* non ſolum apud vos eſt, *ſed manet*. cæcitas iſta, ſuperbiæ veſtræ digna merces, non tolletur, non delebitur, non remittetur; ſed inhærebit, infigetur profundius, & penitus inoleſcet.

Paulus ex cæco factus videns, Iudas ex vidēte exoculatus Gentil: hꝰ lumen ortū, Iudæis velamen inditū.

Non noverat ſe rex Nebuchodonoſor, & ſolio deturbatur, humana etiam facie ab hominum conſortio exuitbatur. Non noverat ſe Protoplaſtus, & Paradiſo voluptatis cum illice uxore expellitur. Non nôrat ſe Lucifer, & de ſummo cæli in tartari profundum præcipitatur.

Dan. 4. Gen. 2. Iſa. 14. Luc. 10.

Exempla punita huiꝰ ignorātiæ.

Lt. 4. de dictis & factis Soc.

Socraticus Xenophon, dicta præceptoris celebrans, ſcribit, quemadmodū homines propter cognitionem ſui multorum bonorum ſibi ac aliis auctores eſſe poſſunt, ita propter ignorationem ſui multorum malorum aliis, ſibique cauſſam fieri: & qui ſe ignorant, neque ad regimen ſui, neq; ad familiæ aut Reipubl. gubernationem idoneos eſſe. Plato in Philebo hanc ignorantiam genus improbitatis nominat univerſæ: in Amoribus dicit, noſſe ſeipſum, eſſe abſolutè ſapere; ſi ignorare eſſe deſipere, & ab hoc præcepto: *Noſce teipſum*, omnem ſapientiam & juſtitiam hujus vitæ dependere: in Alcibiade priore docet, nec prudentem, nec bonum, nec felicem eſſe poſſe, qui ſeipſum non probe nôrit. Et in Charmide, ſine ſui notitia non poſſe quemquam eſſe temperantem.

Serm de gradibus ſuperbiæ.

S. Bernardus aliquando demonſtrat omnem inquietis & perturbationis cauſam nobis eſſe, quòd curioſius alienis negotiis nos miſceamus: hoc autem contingere, qui noſtræ cognitioni non ſatis vacamus. Si te vigilanter, ait, homo attendis, mirum eſt, ſi ad aliud unquam intendas. Aliquando docet ex hac ignoratione Dei contemptum, ex hoc contemtu ſalutis noſtræ negligentiam, ex hac deniq; univerſæ malitiæ venire conſummationē,

Serm. de obed pat. & ſap & ſer. 38. in Cant.

quæ eſt deſperatio, & hæc proximum inferno præcipitium.

EPILOGUS *conſtabit Parœneſi ad eas virtutes quæ ex notitia noſtri proficiſcuntur.* Si magnum ſubmiſſionis animi fuit adiumentum Alexandro Regi Macedonum ægritudo, & ſanguis ex vulnere profluens; ſi ejus patri Philippo quotidiana mortalitatis ante lucem admonitio; ſi Agathocli Syracuſano Regi abacus fictilium teſtarum, propterea, quòd illi Macedones monerentur ſe homines eſſe; hic verò quòd figulo parente natus eſſet: quantò magis nos, qui ſcimus nos & à figulo factos, & ab eodem ſemper frangi faciles, & ex luto eſſe fabricatos, ſummo ſtudio humilitatem, patientiam, continentiam conſectari decebit?

XII. DE EXCELLENTIA, ET DIGNITATE hominis ante lapſum.

EXORDIUM *à dictis infidelium & S. Scripturæ de hominis dignitate.* Summum planè fuit omnium antiquorum fidelium infideliumque ſtudium exquirendi naturæ humanæ dotes planè admirandas. Hebræi dixerunt, quidquid in reliquis creaturis deſideres, id uno in homine reperiri. Propterea Græci hominem μικρόκοσμον vocârunt: Pythagoras menſuram rerum cæterarum: Aegyptii dixêre quendam paruum & terrenum eſſe Deum: Perſarum Magi rerum omnium vinculum eſſe, mundiq; copulam & hymenæum: Mercurius Triſmegiſtus, ingens eſſe miraculum: Cicero, cùm diis homini eſſe conſociationem, cognationem, ſtirpem, familiamque. Tam præclarè locuti ſunt de hominis dignitate cæci illi & infideles. Sed longè magnificentius S. Scriptura; aliquando dicit creatum hominem ad Dei ſimilitudinem, ac imaginē, aliquando illum paulò minorem eſſe Angelis, aliquando etiam Deum nuncupat. S. Gregorius Nyſſe-

Conſule Picū Mirandulā orat. de dignitate hominis, & R. P. Martinum del Rio orat. ſex. de notitia ſui, & Anton. Poſſevinū lib. 1. Bibliotheca ſelectæ c. 1.

Pſal. 81.

Ioan.

Lib. de a-

diſic.homi-nis. Nyſſenus perpendit Deum in cæterarum rerum creatione unico uſum verbulo, *fiat*: ſed in homine creando præceſſiſſe deliberationem accuratam, *faciamus hominem*, & materiæ præparationem, dũ Deus lutum ſeligit, capit, effingit; & finem creationis nobiliſſimum Deo propoſitum, ut homo cunctis animantibus præeſſet; & exemplar perfectiſſimum adhibitum, ad quod homo formaretur, ipſius Dei imaginem ac ſimilitudinem.

Tantæ molis erat humanam condere gentem.

Quid mirum? maximum miraculum erat edendum, admirandorum omnium mirificiſſimum erat creandum. Quare Propheta David Pſalmo octavo acturus de ejus creatione & reſtauratione, hymnum orditur ab admiratione: *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.* deinde ſubdit, tanquam cauſſam præcipuam, cur adeò ſit Dei nomen univerſæ terræ admirabile: *Quid eſt homo quod memor es ejus, aut filius hominis, quoniam viſitas eum. Minuiſti eum paulò minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* Hujus verò beneficii cõſideratione obſtupeſcens, iisdem verbis odam concludit, quibus inchoarat: *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.*

PROPOSITIO: Quemadmodum autem qui præclari & magnifici alicujus ædificii pulchritudinem penitus cognoſcere cupiunt, non ſatis ſibi eſſe ducunt, illud uno tantum aſpectu quaſi per tranſennam contemplari, ſed ſingulas etiam ſibi partes accuratè perluſtrandas, ac ſeorſim conſiderandas putant: ita ut quanta ſit divini huius animalis præſtantia, & pulchritudo intelligamus, & animos noſtros noſtri cognitione paſcamus, in priore hujus orationis parte præcipuas hominis partes pauliſper excutiemus, ac primò quidẽ corpus,

pus, vas, & domicilium ejus, præcipuorumq; hujus membrorum utilitates & habitus explicabimus: poſt de animæ dignitate ea quæ ad rem facere videbuntur, ſtrictim dicemus.

CONFIRMATIONIS *prior pars, de mirifica corporis humani ſtructura.* Principio magnus ille hujus univerſitatis parens & opifex Deus, machinando ad imaginis ſuæ formam homini, antè providit, quæ ad vivendum neceſſaria eſſent, quam ipſam vitam infunderet. Solidamenta enim corporis, quæ *oſſa* dicuntur, invicem *nervis* alligavit & conſtruxit, ut mens iis minimo nutu totius corporis molem temperaret, ac flecteret: ut autem ſolida oſſa concluſa tegerentur, ea *viſceribus* operuit, & viſceribus *venas*, quaſi rivos per omne corpus diviſos, admiſcuit, per quas diſcurrens humor, & ſanguis univerſa membra ſuccis vitalibus irrigaret.

De corporis humani fabrica ſcripſerunt Patres: Lactant. (de opificio Dei) Nyſſenus. Nemeſius. Meletius. Theodoret9, & uberrimè Theophilus Protoſpatarius. Medicorū filij vel ex uno Galeno de uſu partium docent ſingulorum membrorū aptitudinem, officia, connexiones, & harmoniā ineffabilem eſſe.

Adeò elegantem fecit ſeriem, & ordinem membrorum, ut pulchritudo corporis hoc ipſo mirificè moveat oculos & delectet, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt: in ſumma enim conſtructionis ejus *caput* collocavit, in quo non modò ſenſuum omnium vires, ſed regimen etiam totius hominis ratio & mens lucis divinæ particeps continetur. Quia nuditas capiti non congruebat, illud pilo eleganter contexuit, & quaſi ſummum ædificii culmē exornavit. *Frons* per circuitum vallata, & temporibus affuſa; ſic ante aures capilli, & earum ſummæ partes in coronæ modum cinctæ, & occipitium omne contectum, ſpeciem miri decoris oſtendat.

Supra omnia mira mirabile eſt, tantam in tanta hominum copia eſſe vultuum diverſitatē. Quis enim non vidēs formas in tot millibus hominum diſcrepantes, & nuſquam per omnia convenientes, hoc opus non admiretur? Et quis neſcit ſin-

gulari Dei providentiæ hoc eſſe imputandum? Si enim eundem perpetuò characterem ſervarent, quanta omnium rerum confuſio ſequeretur? quāta ignorantia homines occuparet? dum neq; domeſticum, neque alienum cognoſcerent, neque hoſtem & malum ab amico & bono diſcernerent, nemo legitimas nuptias videret, nemo certos liberos inſpiceret, & nihil obſtaret, quo minus quis ſororibus aut matribus cōſueſceret, aut prædaretur, aut in propatulo injuriam irrogaret, ſi ſolum in præſens effugeret, etenim poſtea conſpectus nō agnoſceretur.

Cùm ſtatuiſſet Deus ex omnibus animalibus ſolùm hominem facere cæleſtem, cætera univerſa terrena, hunc ad cæli contemplationem rigidum erexit, bipedemq; conſtituit, ut eadem ſpectaret, unde illi origo eſt; illa verò depreſſit ad terram, ut quia nulla his immortalitatis exſpectatio eſt, toto corpore in humum projecta, ventri pabuloq; ſerviret. Solum, inquam, hominem recto ſtatu, ore ſublimi, ad cæli, quaſi cognationis, aſpectum excitavit, ut Deum, cujus illic ſedes eſt, quem oculis non poteſt, animo contemplaretur, ut erecto in cœlum corpore, contemptis humilioribus ac perituris rebus, ad quas reliquas animantes abjecit, altiora, nec ullis mutationibus obnoxia inveſtigaret: non (quod Anaxagoras putavit) ut ſolem & cœlum potius, quàm cælata intueretur, ut hoc pulcherrimum opus, intermicantibus aſtrorum luminibus tanquam floribus adornatum potius, quàm picta, & gemmis diſtincta miraretur; ſed ut artificem ſolis & cœli, Deum pura & integra mente coleret, & tandem ad ipſam mundi arcem perveniret.

Adhæc, quoniam nos ad cognitionem & ſcientiam ſenſuum miniſterio pervenire voluit, eos ut ſatellites, interpretes, ac nuntios rerum in capite, tan-

tanquam in arce, mirificè ad uſus neceſſarios & fecit & collocavit, ut *oculi* tanquam ſpeculatores altiſſimo loco res ex coloribus in luce conſtitutas conſpicerent; *aures* proximæ ſonum, qui natura in ſublime fertur, reciperent; *nares* odorum, qui etiam ad ſuperiora feruntur, judices eſſent; *lingua* guſtans de ſuccis, totaque *cutis* de rebus tactum moventibus judicarent.

Oculorum orbes, gemmarum ſimilitudinem referentes, ab ea parte, qua videndum fuit, membranis tenuiſſimis & perlucentibus veſtivit ac ſepſit, ut imagines rerum contrapoſitarum tanquam in ſpeculo refulgentes ad ſenſum intimum penetrarent: ut autem munitiores eſſent ab injuria, eos ciliorum tegminibus occuluit: nam ipſæ *palpebræ*, pilis in ordine ſtantibus vallatæ, ſeptum oculis decentiſſimum præbent. Quid ipſa *ſuperciliorum* faſtigia pilis brevibus adornata? Nonne quaſi aggeribus, & munimentum oculis, ne quid supernè incidat, & ſpeciem ſimul præſtant? Ex quorum confinio *Naſus* exoriens, & veluti æquali projectus jugo, præter id quòd ſpiritum ducit, odorem capit, & cerebrum purgat, etiam utramq; aciem ſimul & diſcernit, & munit, atq; adeò ita collocatus eſt; ut quaſi murus oculis interjectus eſſe videatur. Inferius quoque *genarum* non deformis tumor, in ſimilitudinem collium leniter exurgens ab omni parte oculos efficit tutiores. *Naſi* verò *cavernas* Deus tam mirabili, tam divina ratione molitus eſt, ut hiatꝰ earum oris ſpeciem deformare non queant; quod erat plane futurum, ſi ſimplex foramen pateret. At id velut pariete per medium ducto interſepſit atque diviſit, fecitque ipſa duplicitate pulcherrimum. Et ut *pedes* duo, & *manus* duæ, non modò ad utilitatem aliquam uſumque vel gradiendi, vel faciendi, valent, ſed & habitum decoremque admirabilem conferunt: ſic & in ca-

pite, quod totius divini operis quaſi culmen eſt, & auditus in duas aures, & viſus in duas acies, & odoratio in duas nares à ſummo artifice diviſa eſt, quia *cerebrum* (in quo ſentiendi ratio eſt) quamvis ſit unum, tamen in duas partes membrana intervenienTE, diſcretum eſt: imò etiam *cor*, quod ſapientiæ domicilium videtur, licet ſit unum; duos tamen intrinſecos ſinus habet, quibus fontes vivi ſanguinis continentur, ſepto intercedente diviſi.

Linguam parens ille & auctor rerum Deus *palati* concavo, tanquam teſtudine texit, eamque *dentium* ordine ſepiens, quaſi muro circumvallavit, & ſoli omnium animantium homini, ut rationis doctrinæque capaci, loquendi atq; orationis indulſit munus, ut inter ſe colloqui, & ſua ipſorum cogitata communicare, & ea quæ vitæ ſuæ neceſſaria viciſſim tum rogare, tum rogati ſuppeditare poſſint. Solus homo unico *linguæ* plectro (cui *palatum, dentes, labia, fauces*, cum ſuis & *arteriæ* muſculis tanquam ſatellites, ſerviunt) omnes litterarum, ſyllabarum, ac vocum differentias, omnes linguarum peculiares hiatus, ſtridores, ac ſibila, omnes muſices harmonias, effingit ac reddit in diverſarum gentium compluribus linguis. *Lingua* ad bellũ tuba eſt, aut cornu, & totas regiones prius tranquillas ad arma concitat, eadem receptui canit, & inſtructas acies ac ſanguinem ſitientes arma deponere cogit; ad hilaritatem & tibia eſt, cum vult, lugubre canit; conciliat fœdera Principum, & conciliata dirimit, conglutinat amicitias, & conglutinatas diſſoluit; eadem Dei laudes plena hilaritatis oratione refert; ejuſdem auxilium implorat, mœrentes conſolatur, afflictos recreat, jacẽtes erigit, languentes ſtimulat, vigilãtes inflammat, &c.

Omitto, quàm decenter Deus *gingivis* mollibus, ac formoſis *labiorum* valvis *dentes* honeſtarit; prætermitto, quàm clementer à *genis mentum* ſit deductum,

ctum, quàm rigidum ac teres *collum*, *ſcapulas* velut mollibus jugis à *cervice* demiſſas, valida & ſubſtructa nervis, ad fortitudinem *brachia*, inſignibus toris extentum *lacertorum* ingens robur, utilem ac decentem flexuram *cubitorum*. Nihil dicam de *jecore*, de *corde*, de *cerebro*, de *manibus* rationis ac ſapientiæ miniſtris, nihil de *pectoris* ſublimi & expoſita oculis latitudine, nihil de artificioſo receptaculo ciborum, nihil de inteſtinorum multiplicibus ſpiris ac longitudine in ſe convoluta. De membris ad propagandam ſucceſſionem inexcogitabili ratione procuſis dicere ſuperſedebo, quæ meritò ab oculis relegata ſunt, & in operto latent. Vt enim in ædificiis architecti avertunt ab oculis naribusque dominorum ea, quæ profluentia neceſſariò tetri aliquid eſſent habitura; ſic Deus ſummus rerum architectus formā noſtram, reliquamque figuram, in qua eſſet honeſtatis ſpecies, eam poſuit in promptu: quæ partes autem corporis ad naturæ neceſſitatem datę, adſpectum eſſent deformem habituræ atq; turpem, eas contectas atque abditas eſſe voluit. *Cic. 2. de offic.*

De parte omnium viliſſima, qua nos in terra effudit quā natura operuit.

Quam Hebræi turpitudinem vocant Epherius Soranus, potuit nec brevem nec inanem librum conſcribere.

CONFIRMATIONIS *poſterior pars de anima humana, cujus præcipuè gratia homo aliqua ratione cum Angelis & Deo poteſt comparari.* Deo ſemper eſt omnino inferior, Angelis nonnulla ex parte ſuperior aliquando. Minor eſt quam Angeli, quia hi poſt breviſſimum mox beatifica viſione donati ſunt, quæ homini ad longum tempus dilata eſt: & licet non Angelicam, ſed humanam naturam Deus aſſumpſit, homines ab Angelis, non Angeli ab hominibus judicabuntur. Imago & ſimilitudo Dei eſt in homine, tum quo ad eſſentiam, & alia; tum quoad hæc tria attributa beatitudinem, dominium rerum, & omnipotentiam.

Vt Deus unus eſſentia trinus perſonis: ſic anima una tres habet potentias, intellectum, volūtatem & memoriam.

Vt Deus eſt immortalis, indiviſibilis, & expers quantitatis; ſic & anima.

Principio nihil eſt *beatius Deo*: at Deus contulerat homini omnem beatitudinem, quæ in hac

vitæ via poteſt à peregrinantibus optari. Nam nõ contentus dare quæcunq; mera & pura poſtulabat natura, integritatẽ naturæ ſuperaddidit, ne homo ea careret perfectione, qua & appetitus non difficulter à ratione, ſicut equus fræno circumageretur, & ratio ipſi Deo (primo principio ac ultimo fini naturali) ſubjiceretur: nec hoc contentus, addidit juſtitiam originalem, quæ rectitudinẽ ſupernaturalem adjungebat, & ſubordinationem hominis ad Deum (ut principium ac finem ejus ſupernaturalem) & ſic appetitum rationi, ac rationem Deo ſubdebat, ut ſi homo peccare nollet, illa rectitudo nunquam reflecti, aut incurvari poſſet. Atq; hoc eſt quod dici ſolet, hominem creatum in ſtatu innocentiæ, & in eo ſtatu eam poſſediſſe beatitudinem, quæ poterat ab homine obtineri. Si locũ domicilii conſideremus, erat illi pro domo Paradiſus voluptatis; ſi alimenta, creaturarum quandam menſam corã illo, Deus poſuerat opiparam. Propterea (ſcribit Philo Judæus) hominem Deus ultimo loco crearat, ut ad convivium invitatum & in mundi triclinium opulenter adornatũ, & ad menſam lautè jam inſtructam adducerent. Si opes attendas, & rerum neceſſariarum vel jucundarum affluentiam, nihil homini Deus paſſus eſt deeſſe. Si corpus, erat immune ab omni dolore: ſin animum, vacuus erat omni metu, triſtitia, ſuſpicione: ſi conſortium, fruebatur Angelis & Deo bonorum omnium largitore.

Lib. de mũdi opificio.

Secundò, *Deus omniũ Dominus eſt*, cunctaq; poſſidet: huius etiam dominii & poſſeſſionis imaginem in nobis exſtare voluit. Sunt enim in homine dotes reliquarum creaturarum, eſſe, vivere, ſentire, moveri, intelligere, deliberare, diligere, libere velle, nolleq;: & iſta omnia, ut in Deo, quaſi in fõte, ſunt præſtãtiora quàm in creaturis; ſic in homine ſunt eadem omnia, cum ſuis quidem defectib⁹, tamen

Factus eſt mundus, ut naſcerentur homines: naſcuntur homines, ut Deum agnoſcant, agnoſcunt, ut co-

tamen perfectiora quã in cæteris creaturis irrationalibus. Adhæc cæteris corporeis omnibus præeſt homo, vel ſaltem creatus fuit, ut præeſſet ac dominaretur. Etenim Deus auctor naturæ ſtabiliverat hanc creaturis legẽ, ut quę ſunt ordinis inferioris, pareant uſui ac famulatui eatum, quæ ſunt ordinis ſuperioris. Et ſicut omnia, etiam hominẽ, ſua cauſa creavit: ſic hominis cauſa creavit quæcunq; homine ſunt inferiora, iisq; hãc legem poſuit, ut homini pro ſua virili ſubſerviant. Hinc quæcunq; in hac immenſa rerum univerſitate cernũtur, in hominis utilitatem conſpirant: omnes mundi partes tantùm nõ exerta voce clamant, ſe hominis cauſa eſſe factas, omnes curſus aſtrorũ, omnes mutationes temporũ, omnes rerum viciſſitudines ordinesq; ad hominis uſum ſe accõmodant. Varii generis Deus fecit animalia, aërem volucrib⁹, mare piſcibus, & terram quadrupedibus implevit, ut ſui hominibus eſſe poſſint, alia ad cibos, alia ad corpora veſtienda Quæ autem magnarum ſunt virium, ut in excolenda terra, & ferendis oneribus juvarent, unde dicta jumenta. Quanta fidelitate rerũ omnium mater terra, ſemina ſibi commiſſa nobis regerit, refundit, rependit? quanto fœnore, varia frumenta & legumina, cumulatiſſimo provẽtu generans, nos ditat? quam eleganter montes ſylvis veſtit, & valles herbis & nemorib⁹ implet, & arbores partim fructiferas, partim ſylveſtres ad ædificia, & ad reliquos uſus vitæ neceſſarios producit? Quoniam igitur cunctorum Rex & Imperator Deus, quaſi pro Rege hominem, in terris conſtituit, ideo (teſte Chryſoſtomo) velut in palatium ſumptuoſiſſimè conſtructũ, & ſupellectile pretioſiſſima & famulitio ampliter inſtructum, ſic in mundum ultimo loco hunc principem introduxit, ut cunctis præeſſet, ut cæteræ creaturæ eum ſuſpicerent, ac venerarẽtur cœleſti imagine inſignitum. Pro purpura ei dedit innocentiam, pro ſceptro juſtitiam

lant, mercedem immortalitatis accipiant, accipit immortalitatem, ut in æternum Deo ſerviãt.

Hæc ex Alberti Heronis libris de providentia divina, & ex 3. volumine lat. Pontani amplificari poſſunt per induſtr-

onem utilitatum, quas homo ex præcipuis percipit creaturis, igne, ſole, luna &c. Chryſoſt. Homil. 8. in Gen. Chryſ. in 1. ad Tim. Hom. 15.

originalem, pro corona liberum arbitrium, quo & aliis & ſibi præeſſet, & quo illa ornamenta & imperii inſignia conſervare ac retinere, nec invitus amittere poſſet: atq; hæc omnia illi ea lege dedit, ut quam diu priora illa duo inſignia purpuram, & ſceptrum retinet, creaturæ illum cœlici Regis vices agentem ſuſpicerent, venerarentur, & promptè illi obtemperarent.

Tertiò *Deus eſt omnipotens*: hunc quoq; honorem aliquo pacto cum homine communicavit, quando ei poteſtatem dedit omnia fieri, & omnia facere. Quidquid in rerum univerſitate Deum auctorem naturæ teſtatur, ejus quædam in hominis operibus imitatio ſedulò contemplanti apparet. Condidit Deus cœlorum orbes, & ſideribus velut oculis exornavit, eorumque curſus & circuitiones mira æquabilitate ſic diſtribuit, ut annis & temporibus numerandis ſint accommodati. Sed non defuêre & homines, qui horologia excogitârunt, in quib⁹ menſtrui curſus lunæ, & omnium aliorũ ſiderum periodi tanta ſolertia exprimerentur, ut hominis opificium cum divino quadam ex parte certare videretur: imò humanæ rationis inventa in hoc inferiori mundo tot tamq; illuſtria occurrunt, ut hominem non quidem Deum, ſed natura Deo cognata eſſe præditum vociferentur. Quid enim, ſi naturæ opera demamus, ſupereſt in rebus humanis non humanæ rationis induſtria inventũ? Reſpicite corpora veſtra, & quam multa in illis præſtantiæ mentis δείγματα circumferatis, animis attentis conſiderate. Reſpicite quas incolitis domos, & quid in illis ſit quod rationis induſtriæ nõ debeatur inquirite. Reſpicite civitates, & quidquid ad earum ſtatum conſervandum pertinet nõ παρέργως introſpicite, & videte num quicquam iſtorum ab alio perfectum ſit auctore, quam ratione. Vbi res urbanas ſat diligenter perluſtraſtis,

poſtea,

poſtea, ſi videtur, vos rus conferte, oculos circumferte, & circumſpicite num quicquam ibi, quo mentis humanæ ſolertia declaretur, occurrat, & perſpecturi eſtis, quacunq; in re ingenium extenditur, ibi valere. Nos fruges ſerimus, nos arbores plantamus, nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus, nos flumina arcemus, dirigimus, avertimus, noſtris deniq; manibus in rerum natura quaſi alteram naturam efficere conamur. Sæpe etiam miramur quibus homo manibus, quibus machinis, quibus vectibus, quibus ferramentis, qua molitione, tanta opera effecerit, maxime cum ſaxa ingentia, immenſa cæmenta, vaſtas columnas, opus totum ſublime & excelſum videm⁹: imò non rarò humanarum virium modum videntur excedere, quia non tam viribus, quam ratione atq; artificio ſunt effecta.

Cogitate vos audire huiusmodi Dei cum Adamo ſermonem: Tantopere te, ô Adam, dilexi, ut ſimilem mihi condiderim, & eſſentiæ attributorumq; meorum imaginem tibi impreſſerim: æquū eſt ergo, ut teipſum contempleris, & omnipotentiæ quoddam ſimulachrum in te deprehēdas. Percurre mentis remigio creaturas omnes. Vides: cœlum & terram? tu potes de terra cœlum facere, ſi terrenum exuens, cœleſtem hominem indueris. Juſſi terræ ut herbam virentem germinaret, impera tu cordis tui terræ, flores virtutum progerminabit. Feci luminaria duo magna ut unum nocti, alterum diei præſit: tu ignorantiæ tenebras diſpelle, luna eris in nocte lucens: præito ſplendore boni exempli, *luceat lux tua coram hominibus*, eris ſol, facula diei clarior & melior, quia luce lucebis divina. Ego te hominem creavi, potes auxilio meo adjuvante, ſi voles, efficere te hominem juſtum & mihi gratum. Tui comendi, poliendi, exornandi poteſtatem plenam tibi permiſi, nec pro tot beneficiis

Quis non diligat adeò ampla danitem, adeò exigua contentum retributione? Niſi Deus homini liberum dediſſet

arbitrium, merendi omnis occaſio fuiſſet ablata, ad imaginem & ſimilitudinem Dei non videretur creatus, veſtigium omnipotentiæ in eo non inveniretur.

ficiis amplius exigo, quam ut recorderis, me colas
& ames.
Tibi quamdiu in hoc mundo degis (ô homo) li-
berum Deus permiſit, ut ſis, quidquid ex rebus cre-
atis imitari velis. Si te vegetatrici addicis portioni,
ſerpens humi ac terræ adhæreſcens, plãta fies, cau-
dex fies, titio, torris non inidoneus rogo fies infe-
rotum. Si ſenſuum illecebris & carnis voluptatib⁹
te mancipâris, obbruteſces, ac jumentum fies, non
corio, aut ungulis, ſed animo bruto ac ſenſuali. Ve-
rum ſi mentem & animum pergis excolere, ſi fa-
ciem intellectui, voluntati gubernaculum admo-
ves, teq; ipſum in Dei amorem ſtimulas & accen-
dis, Angelus eris; licebit etiam ſingulos Hierarchi-
1. arum choros tranſcendere. † Doce privatim quæ
2. ad ſingulorum utilitatem pertinere cenſebis. *An-*
3. *gelus* eris. Profer in publicum de ſuggeſtu vel ca-
4. thedra ſcripto, vel lingua quæ ad plurium vel con-
gregationis faciunt ſalutem, *Archangelus* eris. Do-
ces aut mones quæ provinciæ vel regno alicui ne-
ceſſaria, eas unus *Principatuum*, ſeu (ut vocat Naz.)
militarium cœleſtium. At qui aliis præſunt, & eos
rectè, riteque gubernant, *Poteſtatibus* annumeran-
5. tur. Quòd ſi munus iſtud conſtanter fortiterq;, &
ut viri virtutis obeunt, fiunt ex numero *Virtutum*.
Si te ex omni dæmonis ac vitiorum ſervitute ſic
eripias, ipſe liber jurisq; tui, paſſionibus & affecti-
bus domineris, ſcandes ad claſſem *Dominationum*.
6. *Thronis*, qui ſtant judicii firmitate; aſſimilaberis,
7. ſi fueris firmus in bono, & actiones omnes perpe-
tua quædam & conſtans voluntas ſuum cuiq; tri-
8. buendi comitetur. Similis fies *Cherubinis*, quorum
proprius eſt ſplendor intelligentiæ, ſi ab activa vi-
ta te ad cœleſtium rerum contemplationem ſuſtu-
leris, & ex opificio opificem, hoc eſt, ex te Deum
9. cognoveris. Attinges uſque ad *Seraphim*, qui Dei
cremantur amore, ſi ſtudioſè coneris in corde tuo
faculas charitatis accendere, atq; Deum ardenter

† Nota quo ſtudio te queas ſingulis beatarum mentium Ordinibus inſerere.

amare,& hoc amoris divini incendio proximum, non amicum magis quàm inimicum & perſecutorem involvere. O quanta tunc felicitate frueretis! ſederet ſuper te ut ſuper throno ſuo Deus, gloriæ ſuæ palla te obtegeret,& lucem divinitatis ſuæ copioſam animæ tuæ infunderet: te amatorem ſuum ita ſibi uniret, ut jam non tu in te; ſed Deus in corde tuo viveret atq; regnaret. Hic enim venit in mundum, ut ignē in terras demittat, & nihil vult, niſi ut ardeat, & divini fornax amoris in animis
omnium accendatur. Hic hominem ſibi ſimilem 1.
efficit, non ſolum ne quid, ſigno agnito, creaturæ 2.
in hominem auderent: neq; tantū, ut Regis agni- 3.
to ſigillo, hominem venerarentur, ac ſuſpicerent: 4.
nec tantum ſimilitudinem ſuam homini impreſſit, 5.
ut ſignum Imperatoris militari more manu præfe- 6.
ramus: neq; ut dominii ſignum ſervorum inſculpſit fronti, neq; tantum ut filiis paternam imaginē, neque ut rei alicui ſibi charæ & pretioſæ ſigillum ſuum: ſed quoniam ſimilitudo efficaciter amorem conciliat, & amicitiam arctiſſimè conferruminat, tanquam amicum & ſodalem veſtivit illum ſimilitudine ſua, ut eſſet aliqua in hoc mundo creatura, cum qua conſortium, familiaritatem, imò & ſpirituale conjugium contraheret, erga quam, ut S. Scriptura loquitur, cor ſuum apponeret, quam crebrò inviſeret. Solitus eſt enim tales inviſere, in quibus cernit imaginem ſuam: quos non inviſit, ij Deo ſunt diſſimiles, ii imaginem eius aliqua labe deturpârunt. Hinc cū de reliquis creaturis duntaxat dixerit Moyſes: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*; de homine ipſe dixit: *Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum:* delicias poſuit pro ſumma delectationis voluptate, ut intelligamus hoc conſortium Deo jucundiſſimum & exoptatiſſimum eſſe: quod inde potiſſimum accidere putandum, qui ſuam in homine imaginem, & in ſua imagine ſeipſum Deus agnoſcit & amat; in ſui vero

notitia & amore Deus beatiſſimè conquieſcit, nec ulla ſatietas eum capere poteſt huius aſpectus.
Atq; hinc ſolus homo, abjecto corporis exuvio, in Angelorum demigrat conſortium, ſolus ad indulgentiſſimum hunc parentem proficiſcitur, qui pro laboribus requiem, pro terrenis bonis cœleſtia illi largitur, ſolus cœleſti cibo ſaturatus ſempiternam famem ponit, ſolus aquam ſalutarem de perenni cœleſtiq; fonte pleniſſimis faucibus trahit. Hominis cauſa ex auguſtiſſimo illo majeſtatis ſuæ faſtigio in terram deſcendit, & humana carne indutus, infinitis ſeſe laboribus, cruciatibus, ærumnis, morti deniq; teterrimæ atque acerbiſſimæ expoſuit. Cùm, inquam, eſſet omnium Dominus, ſervi formam aſſumpſit, homini quietem ſuis laboribus, libertatem ſua ſervitute, vitam denique ſua morte peperit, & defunctus nobili illa ſervandorum mortalium provincia ſpoliatisque inferis, rurſum in cœlum raptus, vallatusq; ac ſtipatus infinita tum geniorum concinentium, tum hominũ, de caliginoſiſſimis illis Satanæ ergaſtulis erutorũ, multitudine, juſto ac pleno triumpho cœlum ingreſſus eſt, neq; disjecta muri parte, ſed valvis ſuo ſanguine recluſis, iter eodem nobis omnibus aperuit. Sed huius nos bonitate tanquam firmiſſimo clypeo tuti deliteſcimus, hic nos humeris ſuis impoſitos tollit in cœlum: hunc ducem quisquis ſequitur, non dolorem metuit, non egeſtatem, carcerem, mortem, execrabiles corporum lacerationes invicta patientia ſine ullo gemitu perfert; ſive toto corpore tormenta patienda ſunt, ſive flamma ore recipienda eſt, ſive extendendę per patibulum manus, non quærit quid patiatur, ſed quam benè. Si belli tremor infremuerit, ſi morborum peſtifera vis incubuerit, ſi alimenta frugibus longa ſiccitas denegaverit, ſi ſæva tempeſtas, ſi grando ingruerit, ab hoc auxilium impetrare poſſumus; imo

hunc non ſolum, quemadmodum Angeli poſſidemus, ſed ex ore etiam noſtro, quod Angelis non licet myſterium & Sacramentum Euchariſtiæ conficimus, manibus noſtris contrectamus, & in intima pectoris recondimus.

EPILOGUS *conſtabit adhortatione ad gratitudinem erga tam munificum Deum, qui tanta largitur in hoc ſæculo, & majora promittit in futuro.* Quis credat tā ingratum fore quenquam, ut tot ac tantorū beneficiorum aliquando non recordetur? quis cenſeat tā ſtolidum eſſe quenquam, ut talem amicum aſpernetur? tam munificum benefactorem contemnat? quis nō execretur generoſiſſimi, optimi, potentiſſimi, Principis conjugē aliquam, quæ mariti ſpernens benevolentiam ac ſacra thori juga, ſordidiſſimo, viliſſimo, motoſiſſimoq; ſe mācipio proſtituat? hoc ipſum, & deteriora ſapit facitq; anima, quæ deſerit ſponſum Deū, currit poſt carnis deſideria, ſubjicit ſe mundo, dæmoni ſe proſternit. Nonne mæcha, nonne meretricula, nonne viliſſimum eſt ſcortum: nonne oblita eſt generis, conjugii, imaginis, & ſimilitudinis Dei? nonne proſtibulo omni ſtultior ac fœdior eſt, nonne Dei ſigillum repudiat, Angelorū ſpernit, & modò unius belluæ, modò alterius, imo & dæmonis nō rarò ſigillum ſibi imprimit? Hujus orationis eum vos velim (Auditores) fructum auferre, ut dignitatis veſtræ memores, in vobis illibatam Dei ſimilitudinem ſervare adnitamini, & pro hac imagine, qua vos beatos rerum omnium dominos, & quodammodo omnipotentes Deus reddidit, amorem & gratitudinem adeò bene merenti rependatis.

XIII. DE MISERIA HVMANA *poſt lapſum.*

EXORDIUM *à teſtimoniis Ethnicorum, & S. Scriptura de miſeria humana.* Miſeriæ humanæ magni- *Vide R.P. Martini del*

Rio orat. ſex de notitia ſui, & 12. Specul. Petri Davidis Speculo. 6, magnitudinem nonnulla ex parte gentiles intellexerunt, ſed non ſatis plenè perſpectam habuerunt. Homines Homerus foliis deciduis ſeu caducis comparat: ſed certè nec folia tam caduca ſunt, quā homo; certum illis ac definitum tempus viriditatis, hominibus vitæ certum momentum eſt nullū. Sophocles umbræ ſimilem dixit hominem: ſed umbra ſtabilior eſt, nec loco prior movetur, nec ſole lucente, vis ulla poteſt eam impedire, ne corpori ſuo ſit comes; hominem vel puſillæ & languidulæ res poſſunt tollere, etiam cum ætas ejus floret, & valida juventa quædam quaſi vitæ meridies ei refulget. Æſchylus hominem nuncupat umbræ ſomnium: rectè, quòd nec umbris exæquat, ſed ſomnio; nec ſomnio rei ſolidæ, ſed rei tenuiſſimæ, umbræ, ut intelligas vaniſſimam vanitatis imaginem in homine conſpici. Quotundam ſomniorum aliqua veritas eſt, omnis autem homo vanitas & mendacium eſt, ſpolium temporis, ludus fortunæ, imago inconſtantiæ, trutina calamitatis, ſpecimen clariſſimū exiguæ felicitatis, & ſummæ infelicitatis optimum exemplar; Confirmat hoc *Iob 14.* ſapientiſſimus Job his verbis: *Homo natus de muliere brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis: qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.* Quæ gene-*Nota miſeriam & vilitatem hominis.* ris nobilitas? ex vulva mulieris. Quæ duratio vitæ? breviculum tempus. Quis terrigenâ cœleſtiū hoſte dignus comitatus? multæ miſeriæ. Cui ſimilis? flori. Quàm fugax? ſicut umbra. Quam inſtabilis? nunquam eodem veſtigio conſiſtit. Salomon de *Eccl. 1.* cunctis rebus creatis pronunciavit: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas:* hanc verò vanitatum ſeu *Vilitas vilitatum in homine.* vanarum rerum omnium vanitatem ſi quærat ali-*Pſal. 38.* quis in unum congeſtam, judice Davide poterit in uno homine cunctam repetire: *veruntamen* (ait) vel, duntaxat, *univerſa vanitas omnis homo vivens:*

vivens: hoc eſt, nullus eſt homo, qui non, omnis vanitatis partem aliquam habeat, ut præter hominē aliud nihil eſt, in quo vanitatis omnis veſtigia deprehendantur. Singula verba Prophetæ valde ſunt prægnantia. Vtitur voce vanitatis, qua in S. litteris ſignificantur fluxa, fragilia, frivola, inania, inutilia, & indigna, quorū ratio habeatur. Deinde nō dicit duntaxat hominem eſſe vanum, ſed dicit efficacius eſſe vanitatem, nec vanitatem aliquam, ſed univerſam, nullius eſſe hominem expertem. Tertio addit, ſe hoc affirmatum velle de ſingulis individuis, *omnis homo*, ait, hoc eſt, nullus non homo. Quartò addidit *vivens*, ſive (ut Symmachus & Hieronymus vertunt) *ſtans*, quaſi dicat, etiam ille eſt *univerſa vanitas*, qui vivacior, valentior, vegetior, fortior, felicior, beatiorq; firm⁹ videtur conſiſtere, nec facilè loco movendus.

(1. *Vilitas materiæ hominis jam concepti.* 2. *Vilitas nutrimenti viventis jam fœtus, quod eſt mulieris profluvium.* 3. *Vilitas impotentiæ jam nati pueri.* 4. *Animi degenerantis ad malum.* 5. *Ex morborum varietate.* 6. *Ex mortis horribilitate, ac ſerpentum vermiumque hæreditate.*)

Propositio: Quemadmodum homo, nondū amiſſa innocentia, totius omnium creaturarū perfectionis compendium & ſynopſis quædam fuit; ita è contrario eundem, poſtquam peccavit, factū eſſe epitomē cunctarum imperfectionum, quæ in ſingulis creaturis reperiuntur oſtendemus.

Confirmationis I. *pars exponet, quo pacto ſimilitudo Dei in homine, quoad eſſentiam humanæ naturæ, corporis dico & animæ potētias functionesq; deformata fuerit & ſauciata.* Intellectualis creaturæ vanitates ſunt, voluntatis diſcordia, cōſilii varietas, ſtudiorum mutabilitas, cogitationum inſtabilitas, & opinionum errores atque deliramenta. Senſibilium vanitates ſunt quod tact⁹ dolori, odoratus

 fœto-

fœtori, viſus caligini, aures obtuſioni, guſtus amaricationi exponantur. Vegetabiliũ vanitates ſunt, ſubeſſe alterationi, decretioni, fami, ſiti, uſtioni, marcori, & ſimilibus interitus atq; exitii prænuntiis. Inanimatorũ vanitates ſunt, ſubjici caſibus & injuriis cœli, elementorum; meteororum, locorũ temporum, & cęterarum infeſtationum, & corruptionum extrinſecarũ. Omnis hæc vanitas, tanta, inquã, malorum Ilias, invenitur in homine lapſo, propter imaginem & ſimilitudinem Dei in ipſo deformatam ac deturpatam, poſtquã præceptum de pomo ſervatu facillimum homo transgreſſus, & quam non oportuit, falſam Dei ſimilitudinem appetiit, vera illa, quam poſſidebat, miſer excidit, non prorſus, ſed nec minima ex parte, ornamentis gratiæ quibus reſplendebat, denudatus, gratuitis, inquam, donis ſupernaturalibus omnibus ſpoliatus, in naturalibus vero vulneratus & deturpatus. O ſortem perpetuò nobis deplorandam, videte quæ vulnera, & quanta univerſo hominum generi peccatum unum inflixerit. *Intellectus* homini manſit, ſed manſit quaſi luſcitioſus, cæcus in errorem, vel facilis errare in ſpeculando, improvidus & inconſideratus in agendo. *Voluntas* homini manſit, ſed manſit dura & tarda ad honeſtatem, prona & facilis ad voluptates. *Memoria* manſit, ſed quæ reciderat in magnam facilitatem obliviſcendi, & facta fuit tenacior injuriæ, quàm beneficiorum. *Ratio* manſit, ſed manſit debilitata & infirma ad celeriter compeſcendum duo illa mancipia contumacia, facultates dico, concupiſcibilem & iraſcibilem. *Corpus* homo retinuit, ſed hoc invaſerunt ægritudines, & neceſſitas moriendi. Ante peccatum potuit Adam ægritudinem quamlibet & ipſam mortem arcere, atque ita potuit non mori: nam *Deus creavit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum, invidia autem*

Miſeranda miſerorum mortalium miſeria.

Sap. 2.

tem diaboli mors introivit in orbem terrarum. Poſt peccatũ ater luctus, ultrices curæ, pallentes morbi, triſtis ſenectus, trepidi met⁹, maleſuada fames, turpis egeſtas, fatigans labor, frendens dolor, effrons impudentia, inepta boni verecundia, mala mentis gaudia, & in ſe ſemper armatus furor, cum manipularibus uno agmine hominem invaſerunt: & quæ dixi, quæq; quotidie quisq; noſtrum ſentit & dolet, vulnera inflixerunt.

D. Macarius ſcribit in ſtatu innocentiæ duas homini fuiſſe alas, unam cœleſtem per gratiam, alteram naturæ terrenæ; propter peccatum ſublata priore, ad cœlum amplius hominem nequiviſſe ſe ſuſtollere; & ut claudum ac debilem in ſolo manſiſſe. *Hom.32.*

CONFIRMATIONIS II. *pars docebit, qua ratione ſpoliatus homo ſit prærogativis; quas gratia divinæ beneficio acceperat, Beatitudine; dominatu in creaturas & omnipotentia.*

PRIMÒ, ut nihil quondam homine felicius, ita nunc eodem nihil infelicius occurrit. Si domicilium ſpectes pro patria, nactus exilium; pro paradiſo, vallem lachrymarum: pro eodem, locũ vaſtæ & horridæ ſolitudinis, idq; toto vitæ tẽpore. Copias & opes ſpectas? nudus, ſpoliatus, juſſus victũ manu & labore in ſudore vultus comparare. Corpus vides obnoxium morbis, doloribus, injuriis: mentem veſanam, levem, anxiam. Nonne cauſa nobis idonea & aſſidua lugendi, & vanam lætitiã comprimendi? Peccatum nos de ſolio beatitatis deturbavit, & in tantam miſeriæ abyſſum præcipitavit, ut Homerus conferens ſortem noſtrę conditionis cum ſingulis animantium generibus, pronũtiârit nullum eſſe animal homine calamitoſius; Silenus judicârit optimum aut non in hos ſcopulos vitæ incidere, aut mox in faſciis ipſis à tam laborioſa vitæ defunctione dimitti, & tanquam ex

incendio violentiam fortunæ effugere. Hinc jure laudantur Thraces, quòd naſcentes luctu, mœrore, & lamentis excipiunt: exeuntes autem è vita gaudio, cõviviis, tripudiis & cantu proſequuntur: nec non Thrauſi (Thracibus finitimi) quod etiam circa natalitia ſuorum atq; obitus hanc conſuetudinem obſervant. Edito infante propinqui circumſidentes cum ploratu commemorant quantum calamitatum illi ſit perferendum vitã ingreſſo: contra hominem defunctum per luſum atque lætitiam terrę demandant, recenſentes quàm multis malis ſit liberatus.

De dominii jactura.

SECUNDÒ, per peccatum imperium ac dominationem in creaturas amiſit: illæ, non cernentes amplius in eo cœleſtem imaginem, terreſtri ſpreta, jugum ejus confeſtim excuſſerunt, ignis eum cæpit urere; aër gravis & mortifer exiſtere; aqua minus ſalutaris, etiam merſionem & phocas minitari, terra, mater ante, nunc noverca, ſubſilire, motitari, ſuccutere, pro frugib⁹ lolium & tribulos proferre, montes præcipitiis, valles foveis doloſis, tellus tota hiatibus exitium oſtentare, lapides pedem lædere, metalla vulnus meditare, leo ungues evaginare, aper dentem fulmineum ſtringere, calcibus equi, cornibus tauri, canes morſibus, ſerpens lingua, ſcorpius cauda, vulpes dolis, homines partim lædere, partim ludere cœperunt. Aves nõ carnibus ſolum inhiant, ſed in oculos etiam involant, & effodere roſtellis nituntur. Quid? quod & minutiſſimorum, & planè contemptibilium inſectorum, culicum, pulicum, cimicum aculeos nequit devitare? O bellum regẽ creaturarum; cui vermes moleſtiã exhibent, quem muſca vexat, veſpa vulnerat, tubercula & araneolus occidũt! cui ſunt exitio vel acinus diglutitus, vel *petulanti ſplene ob aſinum ficus comedentẽ cachinnus*! *Tertio*, divinæ ſimilitudinem omnipotentiæ per liberi arbitrii munus

Creaturæ armantur, & pugnant contra homines.

Egregia ſuperbiẽdi, juſta inſoleſcẽdi, digna ut lætitia diffluamus cauſa.

Deus

Deus homini contulerat, nec tamen illa imago in libero arbitrio nudo inerat, ſed ornato dotibus quibuſdam gratuitis & juſtitia originali promanātibus,quæ cuncta huic liberæ diſpoſitioni & efficacitati repugnantia removebant. Ipſum liberum arbitrium homini poſt peccatum remanſit integrum, quoad integræ naturæ indigentia poſtulabat;ſed adempta illi fuit omnipotentiæ æmulatrix conſtantia, & perſpicacia ſplendidiſſimæ lucis, quam ad omnem honeſtatem & rectitudinem innocentiæ facula præferebat, & robur juſtitiæ originalis ſuppeditabat. Vix homo crimen conſciverat,ecce ſentire cœpit & mirari legē in membris legi mentis repugnantem: cœpit videre meliora & probare,ſequi tamen deteriora. cœpit ſe nō Angelis & Deo, ſed brutis & diabolo ſimilem exhibere,prona voluntate ad malum, tarda & renitente ad bonum.

Humana imbecillitas & inteſtinū bellum.

Veruntamen hac in parte nos Adamo facti ſumus deteriores, quoniam quò longius à primo parente recedim⁹,hoc naturalis iſta vis minorem retinet ſimilitudinem Dei, faciliusque deformatur. Quia ſeneſcente mundo pravi quoq; mundi natura veteraſcit, ſemper terreni Adami imago deterior,ſpurcitior,fœdiorq; fit. Sicut Adam de Dei imagine ad jumentorum imaginem, teſte Pſalmiſta, decidit: ita *omnis homo* per peccatum, ut ait idem Pſalmiſta, *in imagine pertranſit*, hoc eſt, retinet Dei imaginem cum eſt in gratia,ſed rerum terrenarum amore illam prodigit,eaq; exutus,ſola terreni hominis imagine indutus remanet, paulatim quoq; per vitia icones aſſumit ſibi fœdorum animantium planè monſtruoſas.

Pſalm.48. *Pſalm.38.*

Etſi autem tanta ſit noſtra imbecillitas, tamen oportet nos ſemper expeditos in acie ſtare, & intentis acriter animis ad dæmonis vel inſidias, vel apertos impetus vigilare. Hic enim aliis cupiditatem

tatem inſatiabilem immittit habendi; alios iræ ſtimulis inflammat; alios immoderatis libidinibus immergit;aliis per res ad voluptatem ipſorum fluentes,ſuperbiam offert;aliis inſpirat invidiam;alios accendit miſerrimis ambitionibus; honorumq; contentionibus;alios cõtra veritatem clauſis oculis, quoquomodo latrare facit; aliis alia animæ vulnera infligit, quæ certè longè ſunt graviora & periculoſiora vulneribus corporis. Cùm videmus hominem morbo luridum, ulceribus plenum, egentem,ejulantem præ cruciatu, indoleſcimus: ſed hoc longè miſerabilior eſt,qui mentem habet hæreticis erroribus leproſam, virtutum omnium inopem,avaritia,odio,cæterisq; capitalibus morbis emortuam,infamia ulceroſam, conſcientiæ ſtimulis diſcruciatam. Videmus hominem captum oculis & miſereſcimus, reputantes quàm acerba res ſit in perpetuis tenebris vivere, nec unquam intueri lumen ſolis; at infinitis partibus miſerabilior eſt,qui carnis cupiditatibus excæcatus, attollere nequit oculos ad lucem æternæ veritatis. Si conſpicimus hominẽ in tetro carcere ferro vinctum, retortis poſt tergum manibus & collo catenis gravato,illachrymam⁹, reputantes quàm dulcis ſit libertas,quantum ille tædii perferat; at quãto miſerius captivi ſunt, quos detinet Satanas inexplicabilibus peccatorum catenis alligatos ac gehennæ deſtinatos.

O ſi ſciremus quanta deformitas ſit peccati, quàm ſedulò,ſicut à facie colubri, peccata fugeremus! peccatũ deformius & terribilius eſt ipſo dæmone. Dæmon formoſiſſimus Angelus fuit, illa pulchritudo uni⁹ peccati fuligine fuit obſoleta, & factus eſt dæmon adeo deformis,adeò horrendus, ut ſicut in ſpecie corporea ſpiritualem illam peccatoris effigiem exhiberet videndam, eam qui vidiſſet, negent diu poſſe ſupervivere. O quam horren-

horrendum monſtrum eſt homo, poſtquam ex gratia peccando in Dei incidit indignationem? ubi ſeptem regnant peccata mortalia, horreſco referens, illic ſeptem idola diabolorum pro numine habentur: ſed Principum, ſed Imperatorum, quibus multæ parent legiones: idcircò namque ſeptẽ his nomen eſt capitalium, quia ſunt quaſi capita & ſtirpes familiarum; unde fæcunda pullulant germina omnium delictorum. B. Ignatius duas imagines ſeu characteres in homine reperiri ſcribit: probos habere imaginẽ Dei Patris & Ieſu Chriſti; improbos autem dæmonis imaginẽ circumferre. *Epiſt. ad Magneſ.*

EPILOGUS *invitabit Auditores ad pœnitentiam per apoſtrophen ad peccatorem.* Anima tua, ô homo, fuit civitas Dei, cujus cives erant bonæ cogitationes: irrupêre in eam tres tyranni, caro, mundus, diabolus; turres ac portas ejus igne concupiſcentiæ ſuccenderunt, innumeram populi multitudinem proſtraverunt: ſtant quinque ſenſuum portæ plenæ cadaverum & ſauciorum: gemini Conſules ſeu gubernatores, intellectus & voluntas, omni dignitate exuti, excæcati, ſqualidi, ferro & vinculis onuſti jacent. Sedet in ſordibus, ſedet ſpoliata ornatu, miſella animula, nuper Dei filia, amica, ſoror, & conjux; nunc autem orbata virtute & gratia, privata cæleſtis thalami regii diadematis arrabone; dæmonis filia ſuccuba, pro civibus redundat concupiſcentia & criminum fæcibus, pro Angelis plena eſt dæmoniis, non amplius in ea cæleſtis muſica auditur, non cernuntur turmæ Angelorum, non renidet candor & purpura virtutum; ſed, ut loquitur Eſaias, *habitant ibi ſtruthiones*, &c. Quõdam plena gratia, & amore; nunc odio, & terrore: quondam plena feruore, nunc languore quondam plena pietate; nunc impietate: quondam referta decore, honore, & honeſtate; nunc repleta decore dehoneſtamento, & inhonoratione. En ut illa creaturarum domina *Thren. I.* *Eſ. 13. & 14*

habebant vitium, ut vobis ſanctæ puritatis lilium candidiſſimum eripiant:

PARTITIO. Ut acriter pro theſauro pudicitiæ decertetis, nec vos unquam libidinũ flammis amburendos deformandosque tradatis, quanta ſit dignitas, utilitas, ac iucunditas caſtitatis oſtendam, & modum virginitatis florem conſervandi præſcribam.

CONFIRMATIONIS. *I. locus à præſtantia caſtitatis.* Cùm enim Syracides ait (c. 26.) *omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ*, indicat caſtitatem omnibus bonis & fortunæ, & naturæ eſſe præſtantiorem, imò nihil in toto terrarum orbe eſſe tam nobile & excellens, cuius pretium poſſit cum ea comparari. Nam ſi ſemel ſit facta jactura caſtitatis, nulla eſt pecunia, qua redimi poſſit; nulla potentia humana, qua reſtitui poſſit ejus damnum; nulla denique ars vel medicina, qua poſſit elui macula ſemel ex impuritate concepta. Præterea ipſa vita præ caſtitatis amore à multis eſt contempta. An non Tecla vitam ſuam leonibus, Agnes flammis, Cæcilia gladio, aliæ plurimæ Virgines aliis cruciatibus, & ultro, & alacriter objecerunt? An non mira & magna dixerunt & fecerunt pro caſtitate? pro vita verò ne verbo quidem blandiori gratiam percuſſorum aucupari voluerunt. An non multæ ad mortem quaſi ad nuptias feſtinarunt? Cùm enim annulo virginitatis ſe Chriſto dedicaſſent & deſpondiſſent, nihil poterant optare aliud, quàm ut per mortem à corpore diſcederent, & ſponſo ſuo perpetuò conjungerentur, & contractum hunc ſigillo mortis & ſanguinis confirmarunt. Ad hæc nonne multi etiam in maximis atq; illuſtriſſimis familiis magnũ illud naturę bonum, fæcunditatem, & familiæ propagationẽ præ caſtitate neglexerunt, atque adeò tanta conſtantia nuptias repudiarunt, quanta cædem ab aliis am-

Vide Stimulos virt. li. 2. Cic. 1 Tuſc. P. Ioan. Bonifacium in Inſtit. Chriſtiani pueri l. ult. de caſtitate. Non argentum, non aurum, non gemma, non immenſi theſauri cum caſtitate poſſunt conferri. S. Agnes adoleſcenti nobili: Dextram meam & cer-

ambitione quæruntur, & expetuntur? Theologi aſſerunt dignitatem caſtitatis parem eſſe martyrio, non ſolum quia parens eſt martyrii, ſeu (ut loquitur S. Amb. lib. 1. de Virg.) Martyres facit; ſed etiam quia eſt genus quoddam martyrii, cùm Virgines tam à natura inſitam, tamque vehementem voluptatis cupiditatẽ in ſe extinguant, & proprio corpori quaſi mortem violentam inferant: imò verò in martyrio certamen eſt breve, victoria unico momento acquiritur: in virginitate pugna eſt diuturna, (dum anima iſto perpetuo ſibi repugnãte carcere continetur) victoria non niſi perpetua & indefeſſa laborum patientia reportatur. Atque hinc nonnulli SS. Patres Virgines affirmant Angelis eſſe ſuperiores, quod homines ad virginitatem non niſi per multos labores, & certamina perveniant, Angeli ſola felicitate. S. Baſilius: Qui continentiam, inquit, ſervant, ſunt Angeli, non ex infimo quovis ordine, ſed certè illuſtriſſimi ac nobiliſſimi: illi enim carneis nexibus liberi integritatem ſuam in cælis ſervant, & loco & natura inviolabiles, & apud ſummum Regem omnium Deum conſtituti. At verò iſti in terra carnis illecebris & voluptatibus diu reluctantes, ac diaboli tentamẽta perpetua exercitatione vincentes, incorruptionem Angelicæ puritati parem virtute præcipua ante Creatoris oculos cuſtodierunt. S. Bernardus: Quid caſtitate, ait, decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, Angelum de homine facit? differunt quidem homo pudicus & Angelus, ſed felicitate, non virtute: etſi illius caſtitas felicior, hujus tamen fortior eſſe cognoſcitur.

lum meum cinxit Chriſtus lapidibus pretioſis, tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas, circumdavit me vernantibus & coruſcantibus gemmis, induit me cycladde auro texta, immenſis monilibus ornavit me. Amb. ſerm. 91.

Eduardus Rex Angliæ cum ſua conjuge ad extremam ſenectutem in virginitate permãſit. Henricus I. Imperator cum Cunigunde uxore & imperium, & virginitatem ad finem vitæ conſervavit. Crantz. Sax hiſt. l. 3. c. 32.

II. Locus à fructibus & utilitatibus caſtitatis.

Eri-

Chriſtus qui Cant. 5. Candidus *dicitur, &* rubicundus, *ſponſis delectatur virginibus, quas & candor puritatis, & ſanguinis purpura coloravit. lib. de virg. vide S. Hier. Epiſt. ad Demet.*

Eripit nos multis & magnis moleſtiis ac periculis. Quiſque qui caſtè ſanctèque viuit, poteſt illud caſtiſſimæ Virginis Cæciliæ uſurpare: Mecum habeo cuſtodem corporis mei Angelum Domini, qui nimio zelo cuſtodit corpus meum. Sic tribus illis pueris, caſtitatis amatoribus, in fornacem ſuccenſam conjectis, continuò ſe adjunxit Angelus, qui *fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem,* ne tangeret illos ignis. S. Ambroſius: Non eſt mirum, ait, ſi pro ipſis Angeli militãt, qui Angelorum moribus militant.

Hom.5. de virg.

E contrario S. Paulus rectè aſſerit, eos qui vivũt in conjugio, habere tribulationem carnis, cùm ignis concupiſcentiæ in iis non exſtinguatur, ſed foveatur, & in ſingulos fermè dies augeatur, imo cum à ſpiritu etiam zelotypiæ adeò miſerè ſæpe excarnificentur, ut, putent conjugium nihil eſſe aliud, quàm inferos. Hoc enim furore qui corripitur (inquit S. Chryſoſt.) nihilo melius afficitur, quã qui aut agitantur à dæmonibꝰ, aut mente capiuntur: angorum, lachrymarũ, moleſtiarum plena ſunt omnia, &c. Affirmat etiam S. Paulus conjugio neceſſario conjunctas eſſe ſolicitudines, ideoq; hortatur nos ad perfectiorem ſtatum, ut imperfectioris evadamus ſolicitudines, quæ non corpori ſolum multum laboris & moleſtiarũ imponunt; ſed multo etiam magis animum diſtrahunt, timoribus exagitant, cupiditatibus accendunt, à Dei cogitatione avocant, & tot tantiſque angoribus fatigant, ut ipſam vitam acerbam reddant.

1. Cor. 7.
Cant. 2.
Prov. 6.
Lib. de virg. cap. 63.
1. Cor. 7. Simonides: Vxor eſt impedimentum quietis; ſupplicium quotidianum. bellũ ſumptuoſum. &c.

2. Sicut libido tenebras offundit animo, & aciem ingenii retundit: ita è diverſo caſtitas, ſapientia & ſcientia nos exornat; ideoque ex Sanctis, ut quiſque caſtitatis excelluit maximè, ſic ſapientiæ luce maximè fuit illuſtratus, ut videre eſt in Eſaia, & Daniele Prophetis, Joſepho Patriarcha, Paulo Apo-

Comicus beatum putas eum, qui

Apoſtolo, Ioanne Evangeliſta, aliiſque, innumeris, qui puritate mentis & corporis ad editiſſimum ſcientiæ & contemplationis cacumen (ad montem Dei) evolarunt. Hinc S. Theodorus Monachus dicebat plus in exſtirpandis vitiis noſtris, quàm libris evolvendis operæ ponendum eſſe, quod his expulſis, confeſtim cordis oculi, ſublato velamine paſſionum, Sacramenta Scripturarum velut naturaliter incipiant contemplari.

Hinc etiam qui apud Ethnicos Sapientis nomen adepti ſunt, cùm de ſapientiæ adipiſcendæ ratione diſceptant, uxorem non eſſe ducendam Sapienti concludunt. Altos enim & generoſos frangit ſpiritus, ait Seneca, vita conjugalis, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit.

3. Confert robur animi & corporis. Hinc dictum eſt de Judith (c.15.) *Confirmatum eſt cor tuum, eò quòd caſtitatem amaveris.* Inſigne certè hoc fuit animi robur, quo mulier ſola, ſua manu principem Aſſyriorum, in medio ſui exercitus auſa fuit obtruncare. Ex hac virtute etiam omnes divini honoris & Eccleſiæ præſtantiſſimi propugnatores maximũ robur acceperũt. Sic Athanaſius, Ambroſius, Chryſoſtomus, excelſo animo potentiæ ſe Imperatorũ oppoſuerunt; quia non minus caſtitatis, quã eruditionis laude floruerunt: imò & Virgines, quas ſexus ipſe infirmaſſe videbatur, ſua puritate confirmatæ, auſę fuerunt maximos aggredi principes, ut Catharina Maximinum, Publia cum ſuis Julianum, coram quo præter cætera, etiam hoc audebat detonare. *Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui glorianiur in ſimulachris ſuis.*

Hoc animi robur è caſtitate ortum etiam in corpus redundat. Nonne tres pueri, inquit, Damaſ. igne ſuperiores evasêre per virginitatem, corporibus ab ea inexpugnabilibus factis? Nonne Danielis

uxorem nũquam duxit domum. *Sap. 1.* *In malevolam, &c. caſtitas eſt mater ingenij & ſcientiæ. Scientia inimiciſſima eſt impuritati.* P. *Iac. Põtanus vol. 3. parte 1. pag. ult. Nihil tã deiicit virilẽ animum ab altitudine ſua, ut blandimenta illa uxoria & ſecretiorum conjugaliũ, quã quam legitima tamen fœda conſuetudo. Vt bene affecta radix præditaq; humore viriditatẽ fũdit ac mittit in omnes arboris ramos pertinentem; ſic animi caſtitas vita actiones univerſas inſigni decore illuſtrat, ſuaq; moderatione temperat.* *Pſal 99.* *Lib. 4. c. 25.*

lis corpori per virginitatem ſolidato ferarũ dentes infigi non potuerunt? Godefridus olim Hieroſolymæ & Syriæ Rex tantam ſua fortitudine fecit admirationem Turcis, ut eorum Imperator, miſſis legatis cum muneribus, rogaret, unde illi tantum robur manuũ, ut nullus ipſi in congreſſu par eſſet? Reſpondit: quia hæ manus impudicam fæminam non tangunt, nec unquam incontinentiæ ſordibus aſperguntur. Contra Samſon in ſinu Dalilæ & capillos, & robur amiſit.

III. *Locus, admiranda caſtitatis, iucunditas ac pulchritudo*: quæ certè eſt tanta, ut qui eam ſemel contemplatus eſt, deinceps ea, quorum ſpeciem mundus, caro, ipſaq; natura cõmendat, adſpicere dedignetur, nihilq; agat, optet, aut cogitet aliud, quàm quomodo puriſſima eius voluptate perfrui poſſit. Hinc tot amici Dei ingenti ſemper deſiderii flamma & ardore eam expetiverunt, quòd mirum in ea viderent ſplendorem, miram venuſtatem. Quo nõ modo dolores ac vexationes corpori ſuo attulerunt, ut eam cujus ſpecie ac ſuavitate capti erant, aſſequerentur? Propter hanc non externa modò omnia, ut ſtercora & venena, pro nihilo duxerunt; ſed ſeipſos quoque vitamque ſuam ita tractarunt, ut inſatiabili ſuo odio flagrare viderentur. SS. literæ, alioquin in amplificando & exclamando parciſſimæ, cùm de hac pulchritudine incidit ſermo, non poſſunt non exclamare: *O quàm pulchra eſt generatio caſta cum claritate*: (hoc eſt; ob illuſtrationem mentis & ingenii claritatem:) *immortalis eſt enim memoria illius, quoniam apud Deum nota eſt & apud homines*. Propter hanc pulchritudinem delicatiſſimæ deliciæ Filii Dei ſunt cum caſtis agere, caſtos amare, caſtos defendere, caſtos habere ut pupillam oculi ſui. *Qui diligit cordis munditatem*, inquit Salomon, *habebit amicum Regem. Et: Incorruptio facit eſſe proximum Deo*. Specialis prærogati-

Sap. 4.

Prov. 8.

Prov. 12.

gati-

S. Hieron. gativa caſtitatis S. Ioannem ampliore dilectione
Dan. 10. Chriſti fecerat dignum. Adhæc pulcherrimi a Deo
Apoc 13. 18. 19. facti ſunt Angeli: unde S. Litteræ eos faciunt aut
Marc. 21. nube, aut candidiſſima byſſo amictos, aureis orna-
Ezech 28. tos torquibus, coronatos diademate iridis colores
Matth. 28. referente, igneos, flammeos, imo tam claros & ſplendidos. ut non modò quaſi ardentes appareant lampades, ſed terram etiam ſuo ſplendore colluſtrent: Homines autem caſtos pulchritudine ſimiles eſſe Angelis, & caſtitate nos ſupra hominum dignitatem extollere & in ordine collocare Angelorum, quis non videt? Progeniem enim non curant, & omnem poſteritatis curam abjiciunt; carnem incorruptam ſervantes, hoc ipſo incipiunt ad illam corporum incorruptionem & immortalitatem accedere, qua olim Beati in cælo perfruentur: & in carne ſupra carnem viventes, eam pleriq; ex illis ſequuntur vivendi rationem, quæ Angelis,
Lib. de Virg. quàm hominibus ſimilior eſt. Hinc S. Chryſoſtomus: Qua, inquit, re differebant ab Angelis Helias, Heliſæus, Ioannes, viri virginitatis amatores?
Act. 6. nulla, niſi quòd mortali natura conſtabant, &c. Hinc caſtiſſimi Stephani ſpecies in Judæorũ Concilio apparuit, tanquam vultus Angeli ſtantis inter illos. Quis autem non optet fieri Angelus? quis
Ser. de Virg. non deſideret in iis numerari, quos S. Cyprianus flores Eccleſiæ, & pulchriorem partẽ gregis Chriſti appellat? Quis non exoptet ab impuriſſima lepra intemperantiæ purus, hac ſplendidiſſima puritatis veſte exornari?

IV. Locus *à turpitudine & fœditate contrarii vitii* Tam vilis & abominanda teſte Iſidoro, eſt carnis ſpurcities ac libidinis vitium, ut, pro inſita dæmonibus ſuperbia, vix quisquam ſit, qui homines ad illam velit tentare, neque fecerent niſi invidia ſalutis humanæ illos ad id officii inſtigaret.

Ioſephus. V. Locus *ab exemplis hominum omnis & ætatis & or-*

& ordinis, qui ſe magno ardore huic virtuti conſecrarunt.

Ante lapſum, primi noſtri parentes virgines fuerunt; poſt peccatum qui primus innocens occiſus eſt Abel virgo fuit; Melchiſedech Sacerdos in lege naturæ virgo fuit. Sub lege Moyſis Joſue, Helias, Hieremias, Heliſæus virgines fuerunt, quibus S. Hieron. addit multos filios Prophetarum, Danielem, & tres famâ clebres eunuchos, &c.

Poſtquam autem ipſe Deus in terreni corporis membra deſcendit, tanta fœlicitate & fertilitate hoc cælitus delapſum ſemen in Eccleſiæ agro ſuccrevit, ut fructibus ſuis totum terrarum orbem exornarit & locupletârit, imò (ut loquitur S. Ambroſ.) toto orbe diffuſus, corporibus humanis vitæ cæleſtis uſus inoleverit. Exemplo enim & Chriſti & eius Matris fœcunda ſemper virginum germina in Eccleſiâ pullularunt, eamque huius cæleſtis luminis ſplendor ita fœcundavit, ut nunquam defuerint magnitudine, multitudine, ac pulchritudine admirabiles horti, liliis & roſis virginitatis in utroque ſexu perpetuò florentes: uſque eò ut Philo (quod S. Marcus effecit) Alexandriæ jam ſuo tempore virorum Monaſteria fuiſſe dicat: Juſtinus verò, & Tertullianus, qui propè ab Apoſtolis abfuerunt, ſuo tempore jam certam caſtitatis profeſſionem uſurpatam fuiſſe commemorent. Imò primis trecentis quadringentiſve Eccleſiæ annis: quando Chriſti Matriſque ejus benedictæ exemplum erat recens, & ſacer Salvatoris ſanguis adhuc feruebat in pectoribus fidelium, latiſſimè hæc pulcherrima virtus effloreſcebat, nec iniri numerus poterat hominum, qui toto orbe ab ineunte ætate usque ad mortem perpetuam, colebant Caſtitatem. Hinc S. Chryſoſt. Non ſolum, inquit, apud nos, ſed & apud Scythas, Thra-

Gen. 39.
Epiſt. ad Euſtoch. li. 1. cōtra Iouin.
De S. Ioanne Baptiſta veteris & novi Teſtamenti nemo dubitat. de virg.
Poſt Chriſtū maxima virginum copia.
Chriſti conſilium de cōtinentia Matt. 19.
Apoſtoli vel virgines fuerunt, ut Ioannes, uterq; Iacobus, Paulus &c. vel continentes poſt vocationem.
Lib. de vita contemp.
Apol. 2
R.P. Franciſcus Arias. Lib. de Imitat. B. Virg. cap. 27.
Serm. 13. in epiſt. ad Ro.

ces, Indos, Perſas, pluresque reliquos Barbaros, & Virginum ſunt chori, & Monachorum catervæ, quæ conjugatorum multitudinem ſuperant. Et: Si in ſolitudinem Aegypti te conferas, deprehendes totam regionem illam converſam in Paradiſum cæleſtem: offendes enim innumeros cœtus præſtantiſſimorum virorum vitam Angelicam in corpore mortali agentium. Per totam provinciam videre licet quaſi integrum militum Chriſti exercitum, regiumq; & admirandum gregem humilium ovium, quæ in terra imitantur vitam cæleſtem, idque nō ſolùm in urbibus, ſed etiam locis deſertis. Deinde non viros ſolum, ſed fœminas etiam hac virtute conſpicias eminere. Communis illis ac viris adverſus diabolum pugna eſt: non enim natura corporis, ſed voluntate animi exercentur iſta certamina.

Hom. 8. in c. 3. Matth. Palladius, S. Hierony. coætaneus ſcribit ſe in Aegypto, ſub uno Abbate Serapione ad decem Monachorum millia vidiſſe.

S. Ambroſius: Pauciores (inquit) hic (in Italia) homines naſcuntur, quam illic (Alexandriæ, & in reliquis Orientis Eccleſiis, & in Africa) virgines conſecrantur.

Legiones fortiſſ. militum, pro honore caſtitatis ſtrenuò depugnantium. 3 de. Virg.

Theodorus Epiſcopus Cyrenenſis, qui annis poſt Chriſtum quadringentis floruit; poſt commemoratas admirandas virtutes virginum, quas ipſe viderat: multæ, inquit, aliæ partim vitam amplexæ ſunt ſolitariam, partim cœnobiticam, adeò ut ducentæ aliquādo & quinquaginta plures pauciores uè ſimul vivant, uno cibo veſcentes; ſuper ſolas ſtoreas ex inſtituto dormientes, & manus quidem lanæ faciendæ adhibentes, hymnis verò linguam conſecrantes. Sunt autem ejusmodi innumerabilia Sapientiæ gymnaſia non ſolùm in noſtra regione, ſed etiam per totum Orientem: iis plena eſt & Palæſtina, & Ægytus, & Aſia, & Pontus, & Europa. Ex quo enim Chriſtus tantopere honoravit virginitatem, & ex Virgine natus eſt, natu-

Theod. in hiſt. relig. cap. 30. integerrima corporis & animi puritas intra ſolius Eccleſiæ Catholicæ cancellos ſe continet. Athā. in Apol. ad Conſtantinū Auguſt. 3. Cōfeſſio 11.

natura humana præclara virginitatis protulit viridaria, & hos ſuaueolentes, & qui nō marceſcunt, flores offert Creatori.

Tu non poteris quod iſti & iſta? proiice te in Deum, non ſe ſubtrahet ut cadat.

Idem, agens de iis, qui in perpetua caſtitate vitam tantum non cæleſtem repræſentarunt: Angelorum, inquit, vitam imitati ſunt, patriam ac neceſſarios reliquerunt, ut omnem curam ad divina transferrent, nullo vinculo impedirentur, quo minus animo ac mente ſubuolarent in cælum. Horum plenæ ſunt civitates, plenæ villæ, pleni montium vertices, pleni ſaltus atque convalles, &c.

Lib. 3. de Græc. affect. cur.

S. Auguſtinus, referens quanta cupiditate, fideles virginitatem ac perpetuam continentiam in utroque ſexu ac omni ætate, etiam tenella, ſint cōplexi; ita avertit ſermonem ad Deum; Reſpice Domine Deus agmina virginum, puerorum, puellārumque ſanctarum: in Eccleſia tua eruditum eſt hoc genus, illic tibi à maternis uberibus pullulavit, ad loquendum nomen tuum linguam ſoluit, nomen tuum velut lac infantiæ ſuæ ſuxit infuſum, quod non juſſiſti, ſed ſolum volentibus arripiendum propoſuiſti, dicens: *Qui poteſt capere, capiat,* arripuerunt, voverunt & propter regnum cælorum ſeipſos, non quia minatus, ſed quia hortatus es, caſtrauerunt. Tranſeo ad media hunc theſaurum conſervandi.

Lib. de virg. c. 36. & de bono cōjug. c. 23. 179.

1. Ne fluctibus tentationum ſubmergamur ad ardentes & aſſiduas preces, quaſi ſacram anchoram, nos recipiamus oportet. Salomon, ut impetret caſtitatem petit ſapientiam, tum quia caſtè vivere magna eſt ſapientia, tum quia ſapientia omnes tentationes longe prævidens, & omnia pericula declinans, caſtitatem tuetur & conſervat, imò docet funditus ex animo ejicere omnium rerum terrenarum amorem, qui nos humi affixos non ſinit

Matt. 19. Hac vox. Qui poteſt, &c. *nō deterrētis, ſed invitantis eſt. Chriſoſt. Sap. 8.*

 ad

ad perfectum Dei amorem evolare. S. Auguſtinus,
Lib. 10. Conf. c. 29. totus perfectiſſimæ caſtitatis deſiderio flagrans, charitatem Dei petit. S. Hieronymus: Crebræ, inquit, ſint tibi orationes, ut omnes cogitationum ſagittæ, quibus adoleſcentia percuti ſolet, hoc clypeo repellantur. S. etiam Paulus indicat, unicũ in tentationibus carnis refugium eſſe orationem,
Ep. ſt ad Salvinam.
2. Cor. 12. cùm ait: *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ ut me colaphizet, propter quod ter Dominum rogavi, ut diſcederet à me,* & gratiam tentationi carnis reſiſtendi impetravit: Domino enim reſponſum eſt: *Sufficit tibi gratia mea.*

Dæmonem vincere non poſſumus, niſi auxilio fortiori, qui eſt Deus.

Cùm in acerrimo tentationis carnis congreſſu ipſi nobiſcum pugnemus, à nullo quicquam præſidii exſpectare poſſumus, niſi ab eo, qui omnipotentia ſua ſolus nebulas tentationum diſſipare, & nobis ipſis nos ſubjugare poteſt: illius perpetuò indigemus auxilio, quod mentem illuſtret, ut clare prævideat imminentia pericula; quod appetitum rationis & divinæ legis imperio ſubjiciat; quod voluntatem ad bona perſequenda, & mala evitanda promoveat; quòd caſtum confirmet, ne ob pugnæ difficultatem animum deſpondeat; ſed contempta omni carnis rebellione, certo ſperet proſpera omnia de cælo adfutura, ac decurſurum ſe ita hoc ſtadium caſtitatis, ut & currenti vires perpetuas ſubminiſtret Deus, ut cùm ad metam vitæ pervenerit, infinitis præmiis glorioſè triumphantem remuneretur. Intendere igitur oportet, inquit Iſidorus, animum orando atq; pulſando, quouſq; importunas carnalium deſideriorum ſuggeſtiones fortiſſima intentione ſuperemus, ac tamdiu inſiſtere, quouſq; perſiſtendo vincamus: nam negligentes orationes nec ab ipſo homine impetrare valent, quod volunt.

Lib. 3. de ſum. bono. c. 7.

Cypr. De bono Pud. De divinis caſtris auxilium petendum eſt.

Ibi-

Ibimus autẽ in hoc certamine ad thronum Dei, ſtipati noſtris ac Dei amicis, maximè luce, duce, ac principe, ac magiſtra virginitatis Maria. Si inſurgant venti tentationum, inquit S. Bernardus, ſi incurras ſcopulos tribulationum, voca Mariam. Sic cùm Cyprianus, tunc Ethnicus & magus, Iuſtinam Antiochenam virginem per dæmonem ad ſtuprum ſollicitaret, illa, inquit Gregor. Nazianz. Virginem Mariam rogavit, ut ſuis precibus periclitanti opem ferret. Quid fit? Vincit ſtatim virgo, vincitur dæmon. Juſtina a tentatione ad tranquilliſſimam quietem; Cyprianus ab amoris inſania ad fidem Chriſti traducitur.

Hom. 3. ſuper miſſus eſt.

Niceph lib. 5. c. 27.

II. Orationi conjungẽda eſt ſeria ac diligens meditatio mortis, extremi iudicii, inferni & cæleſtis gaudii. Nam PRIMÒ conſiderandum horam mortis eſſe incertiſſimam; in morte omnium ſenſuum vires & ſermonem amitti, intelligentiam obſcurari, vix animum, ad aliquem peccatorum dolorem excitari, morientem ſola comitari opera; caſtos in morte audire bonæ conſcientiæ teſtimonium, experiri Angelorum auxilium, & ex hoc carcere, ex hujus vitæ difficultatibus, è fluctibus miſeriarũ, ex infinitis laqueis & inſidiis hoſtium, ad præmiũ laborum & fruitionem æterni gaudii euolare; impudicos in morte admodũ eſſe anxios, quia multorum tunc recordantur peccatorum, quorũ tunc obliti ſunt; peccata, quæ nunc levia exiſtimant, tunc graviſſima ipſis videntur; ſupra ſe vident iratum Deum, diſtringentẽ gladium juſtiſſimæ vindictæ; infra ſe aperta inferorum oſtia, intra ſe infinita propè peccata, circum ſe dæmonum turbam exſpectantium prædam, &c.

Eccl. 7. In omnibus operibus, &c.

Cic. 4. Tuſc. Admonẽdus quantus ſit furor amoris, &c. Qui ut alterius libidini obſequantur, animorum jacturam faciunt, ii mortis tẽpore eius ipſius propter quem certa tempeſtas eſt, mentem & animum

SECUNDÒ, quod in ultimo retributionis adventu ante ſeverum ac terribilem judicem, quaſi in æquiſſima lance ponentur omnia, quæ per totam egimus, diximus, & cogitavimus vitam, nec erit

inexplicabili angore cruciabūt: animi interitum omnino mulctabit divina ultio, niſi maturè ac tempeſtivè Dei numē placet, qui ſe offenſū tātis ſceleribus irretivit.

Baſil. de vera virg. Omnia quaſi in tabula picta per pertes diligēter expreſſa cernentur, non ſolum quæ in ops ,pruperūt, ſed & quæ ſine effectu operis in animi tabula inſcriptę fuerūt cogitationes. *Iſid. 2. de ſum. bon. c. 19.*

Recordatio ardoris gehēnnæ ardorē excludit luxuriç. *Pſ. 83 Deus. 7.*

qui vel verbulo nobis patrocinetur, quòd tunc cognoſcemus nos Crucis Chriſti contēptores fuiſſe, & conculcaſſe per vitę turpitudinē ſanguinē illū, qui ex manibus & pedibes præſentis Iudicis abundè effluxit, quod conſcientiæ omnium toti mundo apertæ erunt, omnium peccata ſine patrono accuſabuntur, & ab univerſis & Angelis & hominibus clariſſimè videbuntur; quod Judex ille tremendus ſit ſapientiſſimus, juſtiſſimus, potentiſſimus, plenus iræ ac furoris, denique inexorabilis, quod impuri prolata tremenda illa judicis ſententia: *Diſcedite*, &c. ſe faucibus inferorum immergent, & corda caſtorum audita ſuavi illa ac plena gaudii voce: *Venite*, &c. cæleſti lætitia redundabunt, &c. Tertiò, quomodo omnes damnati ſint ſepulti inter ſerpentes, dracones, baſiliſcos, & alia monſtra, cincti ſemper horribilibus, obſervantium dæmonū formis, qui in loco illo ſordibus ac ſqualore pleno, perpetuo in illos odio flagrantes, pœnas pœnis, dolores doloribus accumulant; & quātis in tanto cruciatuum Oceano, & in fornace tantarum flammarum torqueantur, doloribus non ſolum à tormentis externis, ſed ab intimo quoq; conſcientiæ verme, qui ſemper rodens, nunquam conſumitur. Quartò, quod in certamine conſcientiæ agonothetam habeamus Deum, ſpectatores Angelos, Beatos cælites, & Chriſtum, qui extenta manu demonſtrat præmium, coronā pulcherrimam & precioſiſſimam ex ea materia, cui par nihil vidit hic Sol unquam ea arte, ut ipſi Angeli obſtupeſcant, quod continentibus polliceatur Deus in cælo nomen melior à filiis & filiabus, (hoc eſt, ſingulare præmium, præter id commune Filiis Dei) quod fundamenta mœniū cœleſtis Hyeroſolimæ ſint precioſæ gemmæ, ipſa civitas ex auro puriſſimo, portæ ſmaragdis & ſaphiris ſingulis exciſæ, viæ ſimili ſplendore & ornatu: quod aula omni-

omnipotentis Dei ab omni malo ſit remota, & omnibus bonis referta, quanta in ea ſit multitudo Angelorum & Sanctorum, qui fruendo Dei inexplicabili ſuavitate divinorum amplexuum perfunduntur; quid denique Sancti in æterna gloria nunc triumphantes vel Dei amore, vel hujus gloriæ deſiderio pertulerint.

Apoc. 15. *Eſa. 64.* *2.Cor. 4.* Æternæ gloriæ põdus,&c.

Chryſoſt.Hom 8.de pœn. Cum mulierem videris formoſam.&c. reſpice deſuper quod te manet præmium; ſi à concupiſcentia conſenſum cohibueris,&c. Nauclerus emolumenta, quæ ex navigatione conſequetur, cogitans, mari ſe committere non veretur.

III. Vt voluptates carnis in ipſo quaſi ſemine opprimamus, armabimus nos exercitio mortificationis juxta illud Pauli: *Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram* (id eſt, ad vitam pertinent terrenam) *fornicationẽ, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, &c.* hoc eſt, ſingula peccata gladio pœnitentiæ abſcindite, donec totum corpus peccati moriatur. Nam, ut idem ait, *vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, & ultra non ſerviamus peccato*, hoc eſt, Chriſtus ſua occidit peccatum, ut per pœnitentiam eam nobis ſalutarem reddentes, ab omni quoque peccato liberemur. Ait etiam: *Qui ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs*, hoc eſt, viva membra Chriſti multa licita ſolatia carni adimunt, imò laboribus & pœnis eam ſubigunt, ut vitia & cupiditates eſe jus refrænent. Et: *Caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo.* Et: *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferimus* (hoc eſt, ad imitandum Chriſtum ſemper affligimus corpora noſtra jejuniis, &c.) *ut & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris*. Et: *Chriſto confixus ſum cruci, vivo jam non ego, vivit verò in me Chriſtus*, hoc eſt ſequor ſolam Chriſti voluntatem. Et: *Vſque in hanc horam eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus & colaphis cædimur & inſtabi-*

Coloſ.3.

Rom.6. *Laſcivi corporis illecebra ab immodica ſaturitate manant: ergo bellua ferociam fame comprime, & vires illi adimes.* *Gal.5.* *1.Cor.9.* *Continen-*

ſtabiles ſumus & laboramus operantes manibus noſtris, maledicimur, & benedicimus, &c. Ipſe Chriſtus ait: *Qui odit animam ſuam in hoc mundo*, (hoc eſt parti animæ ſentienti commoda & voluptates carnales negat) *in vitam æternam cuſtodit eam*. Et: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*, (hoc eſt, renunciet propriæ voluntati & animæ ſentienti, *& tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me* Et: *Qui non accipit crucem ſuam* , hoc eſt, non ſponte ſuſcipit & perfert res aſperas,) *& ſequitur me, non eſt me dignus*. Et: *Regnum cælorum vim patitur & violenti*, (qui corruptæ reſiſtunt naturæ,) *rapiunt illud*.

Veriſſimum eſſe illud Ludovici Bloſii nobis perſuadeamus. Cùm quis propter Deum ſenſualitati ac propriæ voluntati, etiam in rebus minimis, reluctatur, ac ſe mortificat, rem ipſi Deo magis gratam facit, quam ſi multos mortuos ad vitam revocaret.

IV. Ad Sacramenta tanquam ad vaſa & canales divinæ gratiæ ſæpe recurrendum eſt , ut Deus per gratiam ſuam mari perturbationum imperet, furias appetituum compeſcat , & vires cupiditatum frangat. Nam etſi Baptiſmus tollat putredinem vulneris illius, quod Adami peccatum nobis impoſuit & efficit , ut concupiſcentia nobis non aſſentientibus noceat nihil: tamen hæc ipſa concupiſcentiæ cicatrix cum recrudeſcere cœperit, & neſcio quem pruritum excitare in corde , nemo poterit tam efferos motus frangere, nemo pruritum ulceris huius ferre, niſi gratia Dei fuerit vallatus. Hinc initiis naſcentis Eccleſiæ , cum frequentiſſima eſſet hujus Sacramenti perceptio , virginitas maximè florebat. Accedit quod Diabolus nihil tam timet, quã ne turpes ſuæ & occultæ aperiantur ſuggeſtiones. V. Utile eſt ſtudioſè euoluere libros pios & ſacros. S. Theodoſia, ducta ad infamem locum, ubi caſtitate ſpoliaretur, nullis ſe

tia in cibo & potu miriſica pudicitia cuſtos eſt Non enim corpus ē erigere audebit, ſi ei audacia inſtrumenta tollamus & quaſi tauro ornua frangamus. Gal 2. *Vide R. P. Franciſcum Arias de ſui mortif*. 1 C 4 *Rom* 1?. Exhibeamus corpora noſtra hoſtiã, *&c* Heb. 11. *de veteris Teſtamenti Patribus:* Circũjerũt in melotis, *&c*. quibus dignus non erat mundus, *&c*. *Ioan*. 18 *Luc* 9 *Mat*. 10. 1?. *Ber*. *Ser de Cæna Domini*.

aliis

aliis tuebatur armis, quàm quod attentiſſimè perlegeret Evangelia S. Auguſtinus cœleſti voce, tolle, lege, admonitus, aperto volumine epiſtolarum S. Pauli in hæc verba incidit: *Non in cubilibus, & impudicitiis: ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis.* Quæ lectio tantum potuit ut ſtatim ſolutus in lacrymas, conſtituerit, relicta omni impuritate, continentiam ſuam Deo conſecrare. *Lib. 9. Conf. c. 12.*

VI. Expedit ad conſervandam caſtitatem, debitam præſtare obedientiam Deo & ſuis ſuperioribus. Non enim eſt dignus, ut ſuos habeat in poteſtate appetitus, qui contumax eſt adverſus eos, quibus tenetur obtemperare. Hinc ut primum Adamus abjecit obedientiam, ſenſit appetitus ſuos rationis obedientiam abjeciſſe. S. Climacus docet: Sæpe fieri permiſſione Divina, ut ſuperbus incidat in peccatum libidinis, quo ſuperbiam frangat & faſtum deponat. S. Bernardus: Si poſſidere vult, ait, anima, ſi regnare deſiderat ſuper membra ſua, neceſſe eſt ut ipſa ſit mitis, & ſuperiori ſuo ſubjecta; quoniam tale inveniet interius ſuum, qualem ſe exhibuerit ſuperiori; armatur enim creatura ad ulciſcendam ſui injuriam.

Epilogus: *conſtabit adhortatione ad ardens ſtudium quærendi præſidia huius virtutis.* Cum igitur ardentes & aſſiduæ preces, piorum convictus & familiaritas, jejunium; memoriam mortis, judicii divini, inferorum, & cœli, frequens uſus Sacramentorum, ſpirituales exercitationes, & ſimilia, ſint arma quædam ſpiritualia, quibus exerceri debemus, ſi non modo fortiter cum hoſte domeſtico depugnare, ſed de illo etiam triumphare, & coronam adipiſci caſtitatis exoptamus, quotidie hęc arma arripiamas, quotidie ſuppliciter ad genua accidamus ei, qui virtutem largitur & ſuppeditat omnem, quotidie quatuor hominis noviſſima

meditemur attente, quotidie fame ſiti, nuditate nos affligamus, noctes vigiliis & precibus, dies laboribus & ſudoribus tranſigamus, frequentes expiationem peccatorum, & communionum Corporis & Sanguinis Chriſti uſurpemus. S. Chryſoſt. inquit: Tanquã Chriſtum induti omnia faciamꝰ, & non contriſtemus Spiritum Sanctum. Quando igitur turbamur à concupiſcentia, vel cogitatione abſurda, cogitemus eum, qui in nobis habitat, & expellamus procul omnem talem cogitationem. Revereamur eminentem Dei gratiã, quæ nos obumbrat, & refrænemus omnes carnis affectiones, ut cum legitimè in brevi hac & fragili vita certaverimus, coronas illas aſſequamur in futuro die illo terribili quidem peccatoribus, ſed deſiderabili iis, qui virtutem induunt, & illam vitam ingrediamur, quæ nullis circumſcripta terminis, Dei Optimi Maxim. æternitatem exæquabit.

Hom 8. in Gen.

XV. DE LAVDIBVS STVDII Theologici.

EXORDIUM *à modo eligendi certum genus vitæ.* Poſteaquam in tanta ingeniorum ſtudiorumque varietate adoleſcentibus, liberas Muſas ſectãtibus, propter ingenii imbecillitatem difficillima eſt deliberatio, cuinam diſciplinarum generi extremum ſuæ ætatis potiſſimum conſecrare, & ad ultimum vitæ tempus adhęreſcere velint omninò neceſſarium eſſe arbitror, ad ſuam quemque naturam (ſic naturales ad virtutem igniculos appello) conſilium omne revocare, adhibitis non minꝰ doctrina, quàm virtute & rerum uſu peritis cõſultoribus. Quod cum negligimus, fit ut non raro juvenili quodam ardore certo aliquo genere doctrinæ curſuq; vivendi implicemur, & involuamur, ante, quam quod optimum factu ſit, vel ipſi judicemus, vel à rectè conſulentibus exſpectemus; quorum illud

Cic. lib. 1. de Offic.

illud mihi uſq; adeò non arrogo, ut etiam hac de cauſa facilè fuerim humilioribus Muſis umbratilem vitam ſectando acquieturus, niſi me viri prudentiſſimi, & cum primis qui mihi intus loquitur ſermo, ad SS. Theologiam perpuliſſent.

PROPOSITIO: *De Theologiæ laudibus dicam.* Cùm autem non ignorem, eventurum mihi eſſe, ut oratio mea longè multoque infra nobiliſſimam huius facultatis dignitatem jaceat, & non tam mihi laborandum ſit, ut habeam paratū quid dicam, quā providendū, ne, ſi omnia, quæ dici poſſunt, dicere voluero, nullus unquam inveniatur exitus orationi meæ: adhibebo ipſe mihi modum in dicendo, & rem prope immenſam anguſtis cancellis circumſcribam, quibus incluſa dictio, cum ad extremum venerit ipſa ſua ſponte conſiſtat. Hoc unum oro atq; obteſtor unicè, ut vos, quos partim hui⁹ præſtantiſſimæ diſciplinæ verticem conſecutos, partē illius ſacris imbutos atque initiatos videmus, quo cœpiſtis benevolentia, veſtra humanitate digna, me timidè de tam pulcherrimo Dei munere ac dono, in quo excolendo tantum operæ temporisq; conſumendum eſſe judicaſtis, dicere ingredientē ſublevetis. Quo impetrato, efficiam profectò, ſi efficiendi voluntatem facultas conſequetur, ut quæ ſit Theologiæ cum cæteris diſciplinis collatæ præſtantia, utilitas, jucunditas, & neceſſitas, non tam diſcatis, quàm me, undecunq; datur, ſubjiciente memoria repetatis atq; ruminetis.

CONFIRMATIONIS I. LOCUS, *à dignitate & præſtantia ſtudii Theologici.* Et ſi omnes ſingulari laude ſunt digni, qui in aſſequenda præclararum artium ſcientia operam & induſtriam ſuā collocant, præcipuam tamē ii laudem merentur qui veluti, Numinis quodā afflatu perculſi cęteris omnibus poſthabitis; ad divinarum & cœleſtium rerum intelligentiā omnes cogitationes ſuas atq; omnia ſtudia

contu-

contulerunt. Si enim cæteras ſcientias, vel ſingulas ſeorſim, vel etiam omnes ſimul in unum locum collocatas, ex altera parte ſacrarum literarum fulgori objiciamus, non ſecus eas obſcurari videbimus, atq; luna, dum à ſole propius abeſt, involvitur tenebris, eiusq; qui dux, princeps, & moderator eſt reliquorum luminum, larga luce planè obſcuratur. Quare non ineptè, ſed prudenter mihi feciſſe videntur, qui Theologiam Regi, cæteras artes ſatellitib⁹, Philoſophiam verò ſatellitii magiſtræ compararunt, quippe quæ cæteris imperet, regi ſerviat & obſecundet. Nemo enim tam eſt in Philoſophoꝛum ſcriptis hoſpes, ut neſciat illos, eam Philoſophiæ partem, quæ de Diis, de primis ſubſtantiis, de Mentibus & Intelligentiis agit Theologiam ac primam Philoſophiam, rei dignitate commotos appellaſſe. Quem locum ſi falſa illa Pythagoræorum ac Peripateticorum ſomniis aſperſa, a ſuis tamen obtinuit, cur non divinitus, immenſo Dei beneficio, illuſtrati ac irradiati, eundem locum noſtræ Theologiæ, cui nihil falſi ineſſe poteſt, quæq; quid de Deo Patre, Filio ac Spiritu Sancto, individuæq; Trinitatis cultu tenendum ſit, ediſſerit, tribueremus?

Philoſophi duobus potiſſimum ſcientiarum dignitatem metiuntur, τῇ ἀπὸ ἕξεως ἀκριβείᾳ, & rerum ad quas pertinent, præſtantia. Horum utroq; Theologiam reliquas, longe antecellere, nullo negotio oſtendi poteſt. Nam ut humanæ ſcientiæ ſuis nituntur principiis, quæ nemo ſanioris mentis in dubium revocat; ita multò magis hanc de Deo ſcientiam ſua, habere principia credendum eſt, quæ cum nobis non innaſcantur, certiſſimis Scripturarum oraculis à Spiritu Sancto nobis revelari indicat illud Petri: *Non voluntate humana* 2.Petr.1.
allata eſt aliquando Prophet:a, ſed Spiritu Sancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. Vnde & S.Paulus

ad

ad Tim. ſuum ſcribens, omnem ſcripturarum divinitus inſpiratam luculenter atteſtatur. Si igitur à Spiritu Sancto profecta eſt S. Scriptura, illo Prophetas Dei afflante, quomodo ſine extremæ impietatis nota in iſtis Theologiæ principiis errorẽ ullum aſſerimus? Adhæc omnes ab hominibus inventæ artes, quæ propter earum rerum, quas docent, magnitudinem commendantur, humi penitus jacent, & ſi quando ſeſe altius erigere conantur, non longè tamen ab humo recedunt: hæc autem divina doctrina relictis terris aërem ſuperat, & procul ab hominum oculis abſtracta, cœlum ipſum, & illas, quæ ſolo animo cernuntur, incorporeas mentes celeri atq; arduo volatu tranſcendit. Illæ rerum humanarum præanguſtis regionibus circumſcriptæ, ſi quando divinas attingunt, transferunt ad humanas: hæc in latiſſimo rerum divinarum campo liberè pervagata, ſi quando tractat aliquid de humanis, traducit ad divinas Quid autem poteſt eſſe admirabilius, quid auguſtius, quid optabilius, quid hominum generi univerſo ſalutarius, ſummi illius boni cognitione, in cuius inveſtigatione omnes omnium ætatum Philoſophi fruſtra deſudarunt? cum itaque ſola Theologia divinæ ſapientiæ theſauros hominibus recludat, cum inquam, in cœlis ſummum illud bonum omnium Creatorem Deum conſideret, quis celeſtem hanc Philoſophiam humanæ iſti longè præferre dubitaret; quæ etſi rerum divinarum non ſecus atque humanarum cognitionem ſatis magnificè polliceatur, id tamen per quàm tenuiter fieri intelligendum eſt. Solius enim Theologi animus Deum & divina contemplatur, cum Deo & Dei Spiritu ſemper loquitur ſi probe fungatur ſuo officio. Si dignitas eſt Juriſconſulti in eo, quod circa juſtitiam & animum nobiliorem hominis partem, verſatur: ſi medici pariter cum Juriſconſulto

conſulto in hoc conſiſtit; quod cum principibus huius mundi verſantur: maximè Theologi erit, quod non circa Iuſtitiam ſolùm, ſed ipſum juſtitiæ fontem Deum, juſtiſſimum corporis & animi humani, rerumque omnium aliarum Creatorem & conſervatorem occupatus ſit, cum eo loquatur, & familiariter agat. Iuris & legum cognitio partim corpora noſtra, partim fortunæ bona reſpiciens, ab utrisq; vim omnium propulſat. Medicina hominum corpora vel à morbis liberat, vel præſervat. Sola Theologia dux & magiſtra eſt omnium, ſola ad quam tanquam rivuli ad fontem, initium & finem reliquæ omnes referendæ ſunt diſciplinæ. Quorum enim corporis ſalus ſine animorum ſalute? quorſum bona fortunæ caduca ſine animorum æternis? omnia Theologia complexa eſt; ad quam, niſi tanquam ad Cynoſuram navim doctrinarum mercibus onuſtam, imò univerſæ navigationis, id eſt, vitæ noſtræ curſum direxerimus, verè exclamare licebit: *O vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, ac seriò metuendum, ne unde ſalutis exordium, inde pereundi materiam petamus, quæq; ad benè agendum inſtrumenta eſſe debuerunt, iis ad perniciem abutamur.

Hic licebit nonnihil excurrere, & quomodo Theologia ambitu ſuo univerſam Philoſophiam ſub ſe contineat, tribus, quod ajunt, verbis demonſtrare. Docet illud in epiſt. ad Paulam Vrbicam ille, qui lectione S. litterarum aſſidua ac meditatione diuturna pectus ſuum Chriſti fecit Bibliothecam; D. inquam Hieronymus. Imò vero unus ſolusque noſter Salomon, ex tot Canonicis Scriptoribus, tribus brevibus rotundisque libellis, omne Philoſophiæ genus, & quidem ordine decentiſſimo complexus eſt. Primò namque in Proverbiis Ethicen, ut mens ante omnia vitiis expurgetur: deinde in Eccleſiaſte Phyſicē, quo mentis oculus vitiorum caligine

Tom 3. epiſt. 15.

liber,

liber, fluxam creaturarum varietatem queat inſpicere: poſtremò in Canticis Theoricen, ut omni creatura prætcrita, in Dei Creatoris contemplationem toto feratur affectu. Quod ſi partitam Philoſophiæ ſectionem in Theoricen & Practicen ſpectemus, illa non tota duntaxat Theologia, ſed ſolo etiam Evangelio coërcetur, atteſtante clariſſimo illo totius Occidentis lumine Auguſtino, qui lib. de conſenſu Evang. c. 5. declarat Practicen à Matthæo, Luca, & Marco Evangeliſtis; Theoricen verò à B. Joanne fuiſſe comprehenſam; nihil enim fuit aliud verus ille Magiſter noſter Jeſus Chriſtus, quàm liber quidam vivus æternæ ſcientiæ Dei Patris, idea veritatis & ſapientię, de cœlo miſſus, velut & contemplandi & agendi regula perfectiſſima. Prætereà nulla aliarum diſciplinarum vel antiquitate auguſtior, vel origine poteſt eſſe laudabilior. Cæteræ præclaros quidem habent autores, homines tamen: hæc ipſum Deum. Cæteræ longo tempore poſt mundum hominesq; creatos: hæc cum ipſo mundo adolevit. At hic mihi leniter dices, Theologia, quid mihi cum mundo? *Ex ore Altiſſimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam ab initio & ante ſecula creata ſum*, cum æterna quam tracto, Dei ſapientia. Eſt, ut dicis, Regina ſanctiſſima. Verum liceat homini apud homines tua pace popularius agere, neque ſubtilius ea rimari, quæ mundi ortum antęverterunt: abundè ſatis te reliquis præferendam vetuſtate docuero, ſi te ſtatim cum mundo & primis noſtris parentibus ortam; alias verò plurimorum annorum intervallo ſubſecutas oſtendero. Te enim in primis noſtris parentibus Adamo, Abele, & Caino, eorumque poſteritate fuiſſe ex iis conſtat libris, in quibus nihil eſſe falſi eſt exploratiſſimum. Nunquid ſacrorum ille noſtrorum dux Moyſes, longè ante Theologicis ſuis ſcriptis celebrari

cœpit,

cœpit, quum quicquam reliquarum artium extâ-
ret? Quas quidem ut ex Græcia ad Romanos, ſerò
tamen translatas facilè cum aliis affirmamus, ita
iſtuc primum natas, licet id Græcia mendax con-
tendat, pernegamus. Deſināt ergò vel Plutarchus,
vel Plinius, vel etiam recentiorum nonnulli, qui
Moyſen ipſum aut non legerunt, aut certè per-
quàm frigidè legerunt, ingeniorum palmam Ho-
mero tribuere, Poëtæ illi quidem magno, ſed hoc
noſtro Vate tanto minori, quanto terrena cœleſti-
bus, humana divinis, caduca æternis viliora ſunt.
Nonnulli ex Philoſophis, qui Moyſen longo inter-
vallo ſecuti ſunt, cum eſſent antiquitatis ſtudio-
ſiſſimi & præclara quadam rerum abditarum co-
gnitione ducerentur, in Ægyptum diſcendi cauſâ
profecti ex limpidiſſimis Moſaicæ doctrinæ, hoc
eſt, Theologicis fontibus, ſuos hortulos, licet non
æquè feliciter irrigarunt. Hoc Thaletem illum
Mileſium, hoc Platonem, & alios non modò feciſ-
ſe, ſed inde etiam magnam ſibi Sapientiæ laudem
præ cæteris conciliaſſe, litterarum monumentis
propagatum eſt. Quo verò loco Moyſes noſter,
propter admirabilem illam plurimarum rerum ac
noſtræ religionis myſteriorum cognitionē, apud
Ægyptios habitus ſit, tum ex vetuſtiſſimis Græ-
corum Hiſtoricis, qui eiusdem, ut viri alta & qua-
dam divina mente præditi, meminerunt; tum
inde etiam perſpicitur, quod ſui eum Deum ſive
honoris gratia appellaverunt, ſive quod univer-
Exod.7. ſorum Deus illi dixiſſet: *Ecce conſtitui te Deum
Pharaonis.* Ex quibus omnibus etſi ſatis perſpicu-
um & manifeſtum fiat, venerandæ antiquitatis
nomine Moſaica, hoc eſt, Theologica, Græcorum
monumentis ac cæteris diſciplinis & priora & po-
tiora eſſe oportere; tamen quò majorem his au-
ctoritatem & fidem conciliemus, Cyrilli, quod
idem comprobat, argumentum adjiciemus:
ſic

ſic enim ille Lib. 1. contra Julianum hæreticum: Vbi conſonant Græcorum doctrinæ, inquit, cum divinæ Scripturæ ſermonibus, ſeipſis præſtantiores & concordes inter ſe apparent: ubi autem defendunt proprias adinuentiones, diſcordes & extraneis opinionibus ebrios eſſe demonſtratu facillimum eſt. Hæc ille. Quæ profectò vera cauſa eſt, ob quam tot involucris, tot fabulis, tot ſomniis ſuam illam Philoſophiam contaminarint, ut in pleriſque ſaltem umbram Moſaicæ Philoſophiæ habuiſſe videantur. Excellentes illi homines, qui liberales diſciplinas vel primi repererunt, vel ab aliis inventas locupletarunt, vel jam ſatis locupletatas accuratius paulò quàm ſuperiores compoſuerunt, etſi non erant auxilio divino deſtituti, viribus tamen niſi ſuis nitebantur. Quocirca fuerunt illi quidem ingenio præſtantes, aſſiduo uſu exercitati, variarum propè rerum cognitione divini, incredibili ſtudio & cupiditate veri videndi flagrarunt, tantam diligentiam adhibuerunt, quantam poſſumus cogitare maximam: fuerunt hominum cœtus, cibum potumque neglexerunt, dies noctesque vigilarunt, & tamen cogitando ac meditando nihil plus aſſecuti ſunt, quam quantum humanæ mentes humi ſtratæ ſuſpicere potuerunt, nihil cœleſte, nihil divinum, nihil penitus à noſtra cogitatione ſeclusum, ne ſuſpicionibus quidem obſcuris attigerunt. At noſtri ſacrorum Scriptores numine afflatuque divino multo altius evecti, quam quo poſſent humanæ mentes aſcendere, tantum animo viderunt, non quantum ingeniorum acies tulit; ſed quantum eos Deus voluit videre: voluit autem, quantum erat non ipſis modò neceſſarium, quos ita mirabiliter ſublevarat, verum illis etiam omnibus, quos paucorum opera ſtatuerat errore liberare, & excitare

Vide orat. 1. Mureti.

ad ſpem immortalitatis æternæ perfruendæ. Itaq; ut breviſſima ſtatura puer, impoſit⁹ in turrim editam & excelſam, multò longius latiusque proſpicit in omnes partes, quàm quivis alius, quamvis procero corpore ex humili & depreſſo loco: ſic illi, quamvis hebetes & tardi, quamvis agreſtes, & impoliti, tamen ex illa altiſſima ſpecula, in qua eos vis numinis divini collocarat, longè plura proſpexerunt, quàm omnes ſapientes, in hac humilitate & infirmitate naturæ depreſſi. Miſſos facio cæteros, qui partim ante Chriſtum natum inſtinctu divino concitati, res penitus abditas & latentes poſteris aperuerunt, partim cum ipſo Chriſto, aut cum iis, qui Chriſtum viderunt, collocuti, eiusdem numinus afflatu omnes prope gentes ad novum quoddam & in illis temporalibus inuſitatum vitæ genus traduxerunt: Moyſes & Paulus duorum populorum à Deo delecti duces, quorum alter Hebræis, ex miſera ſervitute liberatis, præſcripto divino leges tulit: alter omnibus ferè nationibus, errore & ſuperſtitione cæcis in illa teterrima nocte facem verbis factiſque prætulit, ut ingenio & doctrina fuerint Græcorum ſapientibus inferiores, divinis certè muneribus & donis illos omnes longè, multumque ſuperarunt, imo omnes librorum veteris Teſtamenti Scriptores, interpretes erant Dei, Apoſtoli deniq; & Evangeliſtæ, ſivè quid litteris mandabant, ſive præſentes voce conſtituebant, quòd à Chriſto accepiſſent, nihil erant aliud, niſi Dei quidam interpretes, & tanquam divinæ majeſtatis inſtrumenta: quidquid illi vel voce, vel ſcripto præcipiebant, non ipſi pręcipere putabantur, ſed qui per eos cum hominibus loquebatur Deus, ideoque credentes eos tanquam è cœlo delapſos homines intuebantur, hos ſibi vitæ duces morumq; magiſtros depoſcebant, horum orationem non ut ex humano illo pe-

ctore, ſed ex divina mente manantem audiverunt. Per quam ſcitum eſt illud, quod in concione quadam ſcriptum reliquit ille Joannes, qui cognomẽ ab aureo genere orationis invenit: Sacros libros velut Epiſtolas eſſe quaſdam ad homines miſſas à Deo, eorum autem librorum Scriptorũ eſſe quaſi pueros & tabellarios divinos, ut non magis eorũ, quæ ſacris litteris continentur, auctores putandi ſint qui ſcripſerunt, quàm Epiſtolarũ illi qui reddunt Deus, Deus eſt Theologiæ noſtræ princeps & parens: ille generis humani magiſtrum ſe eſſe profeſſus, quæ vel ad alios informãdos neceſſaria, vel utilia fore viderentur paucis, quos tanquam ad manum ſibi habuit, occulto quodam admirabilique modo dictavit. Horum monumenta qui contemnunt, non hominum ſcripta contemnunt, ſed tacitam Dei, qui fuit ipſis auctor ſcribendi vocem. Quid enim Philoſophi quondam non tentarunt, quid non fecerunt ad hanc cœleſtem Philoſophiam extinguendam? Quam multa Celſus ex illo teterrimo pectore effudit, quam multa Porphyrius non tam doctrina, quam pecuniis abundans evomuit? quam multa Julianus ille transfuga leviſſimus non modo ſcripſit ut Philoſophus, verum etiam inſtituit & edixit ut Imperator? qua calliditate majores noſtros litteris etiam & doctrina liberali privavit, futurum ſperans, ut ſenſim omnis Chriſtiana religio ex hominum mentibus penitus oblivione deleretur? Quam ſæpe alii elati ſapientiæ opinione, cum noſtris in contentionem venerunt atque certamen, ſi forte ſuis diſputationibus hanc divinitus nobis donatam ſapientiam ex hominum animis expectorare poſſent? Hæretici verò quam multa moliti ſunt ad eandem evertendam? quæ machinæ, quæ ſupplicia, qui cruciatus, quod indignæ necis genus à quo tempore Nero primus in noſtros impium & nefa-

Hom. 2. in Gen.

nefarium gladium diſtrinxit, uſque ad Conſtantinum Magnum,& ab illo rurſus uſque ad noſtram ætatem(modo Arianis, modo Saracenis , modo aliis in miſera innocentium cæde bacchantibus) non in eorum corporibus , qui ſtabant à veritate, conſumptum eſt? omnia conſpirarunt, quæ valerent ad quamvis diſciplinam opprimendam,& tamen Doctores noſtri & Philoſophos, & hæreticos inſolentes & arrogantes ſuperârunt, ac divites egentibus, nobiles obſcuris , multi paucis ceſſerunt. Peſtis Ariana ab Ægypto orta,cùm Syriam, Aſiam,Thraciam,Græciam, Macedoniam, Italiam,Galliam pervaſiſſet,ſic adolevit,ut Gothorum armis in extremam Hiſpaniam uſque penetrans, occupatis orientis obeuntisque ſolis, Aquilonis, Auſtrique paitibus,propè trecentos annos Remp. Chriſtianam miſerandum in modum afflixerit; ſed tandem aliquando vi cœleſtis doctrinæ ita cõpreſſa & extincta eſt,ut ne minima quidem contagio ad poſteros permanſerit. Ab Eccleſia enim fides,& veritas; ab illis qui diſſentiebant, fraus & mendacium ſtabat:pro falſitate malus dęmon,pro veritate Deus ipſe pugnabat? & ad nihilum recidere neceſſe eſt omnes illorum conatus, qui veræ religioni cœleſtiq; doctrinæ bellum habent impiũ atq; nefarium indictum.Quam multa genera Philoſophorum intra paucos annos aliorum contra ſentientium diſputationibus ita fracta & extincta ſunt,ut eorum nunc memoriam propè nullam teneamus? At noſtra Theologia cœleſtis ex illis anguſtiis Hebrææ gentis poſt Chriſti mortem ſalutarem educta, quò vehementius multorum & vocibus & litteris & armis oppugnabatur, eò longius, latiusq; ſpargebatur & diſſeminabatur in omnes terras atq; maria, & ipſa dimicatione corroborata magis illuſtrior ad nos uſq; permanavit, & tot inſignium Martyrum examina nobis prodidit, tot

ſummos

ſummos orbis principes, tot regna, tot gentes in ſuas pertraxit leges, id quod nulla tyrannorū vis, nulla Philoſophorum poterat eruditio. Ex quo perſpicitur, quis Divinæ ſapientiæ fuerit auctor & princeps, cùm ejus vim non inſolentia Philoſophorum, non rerum copiæ, non generis claritas, nō tot civitatum opes, non imperatorum crudelitas potuerit ſuſtinere. Quæ cum ita ſint, quātum homines ab illa præſtante æternaq; natura diſtant, tantum eſt inter hoc verè cœleſte Theologiæ noſtræ domum, & omnia hominum inventa diſcrimen.

II. Confirmationis Locus, *ab utilitate*. Cùm hoc noſtro tempore, quo cuncta præſentis vitæ commodis & proventibus metimur, nihil tam videatur pleroſq; commovere, quàm ſacra illa auri fames, & quæ res magnas ſequitur, utilitas, agite videamus, uberiorne fructus ad Theologiæ, an verò ceterarum diſciplinarum cultores redundet. De inferioribus artibus nihil dicam, quòd harum cultores parum ſe hoc nomine venditare videam. LegumMedicinarumq; alumni de hac cauſa ſe potiſſimum efferunt, ſuamq; profeſſionem ut quæſtuoſiſſimam, ita etiam præſtantiſſimam eſſe ſoli contendunt, ſoli ſeſe beatos prædicant, aurū, gemmas, divitias, vitæque ſplendorem, principum & omnium deniq; magnatum gratiam blanditiis & obſequiis, ne dicam acerbius, undecunq; collectā, pueriliter oſtentant, infelix profectò profeſſio, ſi non aliud habes, quod jactites: illa enim quàm ſint caduca, quantis fortunæ mutationibus obnoxia, quis non videt? Eſto, totum mundum lucrentur, ſine Theologia animæ jacturam faciant neceſſe eſt. Veſtra opera divina hæc profeſſio carere poteſt, vos quamlibet magnifici, quamlibet lauti, quamlibet in rebus civilibus cauti, illius præſidio carere non poteſtis. Quærit quis habendi cupidus theſauros: In Filio Dei, quem Theologia indicat,

ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Iuriſconſultus agros, domos, patrimonium amplum & copioſum: Medicus corpus ipſum, eiusq; valetudinem ſuę artis beneficio vel comparat, vel conſervat, At Theologus divini Verbi legibus, ſacrarũ Scripturarum antidotis, animũ ipſum, multis alioqui morbis, iisque longè graviſſimis obnoxium, præſervat & munit, & *ut in corpore ſano mens*, quòque *ſit ſana* efficit, & qui eſt *murus aheneus*, *mens conſcientia recti.* Quod quantum bonum ſit, eorum perſpicitur cruciatu, quos conſcientiæ ſtimulant maleficiorum, quos metus exanimat judiciorum atque legum: ut interim ſileri patiar Theologiam ſinceris ſui cultoribus etiam in hac vita neceſſariis ſuppeditandis præſtò eſſe. Quis enim unquam juſtum, qualem Theologiæ alumnum eſſe convenit in primis, vidit derelictum? An non ſatis ſit Theologo, quòd omnib⁹ Chriſtianis ſatis eſſe voluit Apoſtolus, victum & amictum habere? parum eſt, ſi non eiusmodi theſauros in hac Theologia polliceatur, in quos fortuna jus habet & imperiũ: at maximum, ſuis alumnis eius generis theſauros & opes promittere, quos neq; fures, neque tineæ, neq; alia vis auferre poteſt, quique non in hac, ſed in futura vita reſplendet. Quò igitur æterna nativis, immortalia caducis, ac animi corporis fortunæq; bonis majora ſunt, hoc Theologia quibuscunq; aliis diſciplinis fructuoſior putanda eſt.

Hic ſi ex litterarum penu, & toto choro Patrũ commonſtrare vellem, quantum ſolidi boni veræque gloriæ non modò in ſingulos cœleſtis huius Philoſophiæ Doctores, & diſcipulos; ſed & in univerſam Remp. ex hac doctrina profluat, initium faciliùs, quàm finem mea habitura eſſet oratio. Ad quos, quæſo, magis propriè quàm Theologos pertinet illud Danielis: *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti; & qui ad juſtitiam erudiunt* Cap. 12.

multos,

multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates? Huc referri debent illa verba Apoſtoli. *Omnis ſcriptura, divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* 2.Tim.3. Quibus profectò verbis Apoſtolus complectitur omnia, quæ ad hominis ſalutem ſunt neceſſaria. Cùm enim vita hominis univerſa conſiſtat in doctrina ſana & ſanctis actionib⁹, quorum illa fidei, hæc charitati ſerviunt, primò ait, Scripturã abũdè mõſtrare, quęnam ſint vera dogmata, & quomodo ea diſcerni, comprobari, defendiq; debeãt; deinde utilem eſſe ad cõfutanda evertendaq; falſa dogmata; tùm quæ opera Deo accepta ſint, quæ vitæ officia omnes homines deceant pulcherrimè tradere, & quomodo quæ corrupta aut luxata ſunt emẽdari ac ſarciri debeant præſcribere. Ad extremũ, quoniam ipſi quoq; pii, qui tam in doctrina, quàm in actionibus decorũ ſtudioſe ſemper obſervant, ſubindè perturbantur variis adverſitatibus, quarum magnitudine adigi forſitan poſſent ad deficiendũ, aut in doctrina, aut in actionib⁹: ideò providit Deus, ut Scriptura refetta eſſet efficaciſſimis cõſolationibus, (atteſtante eodem Apoſt.) quibus animus adverſus impendẽtes caſus muniri, adeoq; armari, nec non in ſancta doctrina, & ſanctis actionibus cõſtans retineri queat. Hinc fit, ut vel modicè deguſtata, leviterq; perſpecta, ſic allectos paſcat animos, ut præ illa incipiant ſordere omnia. Huius, quæ eſt omni gladio penetrabilior vim ardoremq; ſenſerunt illi, qui dicebant: *Nonne cor noſtrũ ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via & aperiret Scripturas*; Luc.24. ex Apoſtolo certum eſt, pietatem, quã ſolus Theologus ex profeſſo docet, *ad omnia* eſſe utilem. Rom.15. Hanc autem Theologus pueritiam, catecheſin proponendo, informat; hãc adoleſcentiam,

Divinæ legis codices interpretando, imbuit; hæc virilem pariter ac ſenilem ætatem fide, ſpe, & charitate roborãdo dirigit: & tandem poſt huius vitæ exitum ad cœleſtem illam patriã, unde nobis origo eſt, tanquam ad portum tutiſſimum feliciſſimè deducit, & ſummi illius boni, cuius cauſa in hanc lucem ſumus editi, participes facit. Nam quorum animi in hoc ſtudio conquieſcunt, non eos aut inanium dignitatum, aut fluxarũ opum adurit ſitis, non eos voluptatum illecebræ molliunt, nulla cupiditate gloriæ incitantur, nihil aura mutantur populari, ſpernũt inſanos multitudinis applauſus, acclamationes temerarias rident, quæ pleriſq; magna ac præclara videntur parva ducunt, eaq; ratione ſtabili firmaq; contemnunt, Deo inſerviunt, Deo adhærent, ejus duntaxat gloriæ velificantur, eo fruuntur, quæque olim plenè percepturi ſunt gaudia, ea jam nunc mente ac cogitatione percipiunt. O vitæ Theologia dux, ô virtutum omnium parens, vitiorum expultrix, animorum liberatrix, quid ſine te non modò nos, ſed omninò vita hominum eſſe potuiſſet, tu depravatas impuriſſimis opinionibus hominum mentes velut de integro interpolaſti; tu diſtractos diſſipatosque variis idolorum cultibus homines in unius vitæ Religionis ſocietatem convocaſti; tu magiſtra morum ac diſciplinæ fuiſti; ac veluti Sol exoriens nubium caliginem diſſipat, veluti ſidus, quod Caſtoris & Pollucis dicitur, exortu ſuo maris rabiem placat, tempeſtatesq; diſpellit; ita tu divinitus exorta, & tenebras ignorantiæ diſſipaſti, & illo tuo ſalutari fulgore procellas veterum ſuperſtitionũ diſpuliſti. Tu & vitæ tranquillitatem largita nobis es, & mortis terrorem ſuſtuliſti. Beatos igitur, qui ad te, tanquam ad portum confugiunt, beatos, qui ſe tibi à teneris unguiculis penitus totosq; tradunt; miſeros contra qui ut proci Homerici ancillarum amori-

Vide Mureti Orat. 3.

Cic. 5 Tuſc.

amoribus irretiti, te, quæ omnium artium domina es, negligunt. Tu enim earum rerum ſcientiam profiteris, quarum plena cognitio æternam beatitudinem, ignorantia æternum exitium pollicetur.
III. Confirmationis *Locus à neceſſitate hujus doctrinæ.* Quid perinde neceſſarium eſſe poteſt, quam in tanta opinionum de Deo & ejus cultu, varietate & diſſenſione habere Dei Verbum, & Catholicæ religionis regulam, qua vera & falſa quam optimè dijudicantur, maximè corruptiſſimo iſto Eccleſiæ ſtatu, quo nihil tam ſacroſanctum, nihil tam auguſtum & divinum eſt, quod non ſacrilega temeritate improbiſſimorum hominum perfidia violare, contaminare, & profanare audeat: Et quia nulli unquam inventi ſunt hæretici. qui non monſtroſiſſimas etiam ſuas opiniones Dei Verbo (ſpecioſo ſane prætextu) ventitarint, (nam quis diabolicam doctrinam aperte profitenti fidem habeat?) nihil poteſt eſſe præſtabilius nihil æque neceſſarium atque hoc SS. Theologiæ ſtudium. Quod quia negligentius eſt tractatum; quia inquam ut libere quod ſentio dicam multi qui Eccleſiaſticis Beneficiis & proventibus in litterarum ſtudiis abuntur hanc profeſſionem deſeruerunt & Theologicas Catholicarum Academiarum ſcholas vacuas reliquerunt repente exorti ſunt novi Theologi nautæ, aurigæ, ganeones, negotiatores, opifices, militiæ & aularũ ſectatores qui hactenus inuſitato molo molunt & terunt farinam ſcripturæ novam quandam Theologiam & ante noſtra tempora inauditam excogitarunt. quæ veteri noſtra fælicior eſt & abſolutior, quòd cum vetus diſcenda ſit priusquam ſeſe doceri patiatur; hæc diſcipulos fere nullos, doctores habeat innumeros: vetus illa ſexum duntaxat virilem, hæc utrumq; promiſcue docere permittat. Ex qua quidem docendi interpretandi rogandi & abrogandi pro cuiusq; ar-

bitratu licentia, tantorum malorum & errorum (quibus nihil eſt fœcundius) cladem ſuſtinemus. Vt in ſeminibus eſt cauſa arborum & ſtirpium; ſic omnium errorum ſemen eſt & origo, quod ea ſtudia jacent maxime quæ apud homines religione Chriſtianos vel ſola vel præ cæteris vigere oportebat: ſumma illa ſapientia hominum generi divinitus donata à plerisque contemnitur, à multis ita negligenter tractatur, ut uno die repente ſuffragiis imperitæ multitudinis & ſola voluntate ſine labore Theologos evadere ſe poſſe confidant, & nihil aliud adferant, niſi aut immoderatam loquacitatem, aut ſophiſtarum ineptias planè pueriles. Oratorem ſuum omnes antiqui dicēdi præceptores negant in cauſis forēſibus graviter ſatis & magnificè poſſe verſari, niſi plurimarum & maximarum rerum ſcientia pectus ante complêrit: & in re tam tenui, ubi nihil niſi pecunia, vel ad ſummum, civitas, libertas, exiſtimatio, deniq; vita agebatur, tamen erant tam diligentes & moroſi; nos quemvis impolitum hominem, rudem, & ignarū bonarum artium, ſtupidum, inquam, aut lapidem, tanto muneri præficiemus?? & populū Chriſti morte ab interitu vindicatum, ejusdem ſanguine redemptum à crudeliſſimis atq; teterrimis hoſtibus humani generis, ad vitam beatam & immortalem denuò quaſi creatum, atq; generatum, ei committamus, cui vix quiſquam ſuæ rei familiaris curationem rectè putet poſſe committi? His malis nulla ratione medebimur rectiùs, quàm ſi veteris Academiæ inſtituta ſectantes, os illud impudens, & præfractam audaciam adoleſcentioris, ne dicā Satanicæ Academiæ, vera ſolidaq; Theologia inſtructi reprimamus. Semper iiſdem armis fides noſtra & oppugnari viſa eſt, & defendi, & unde furioſi ejus oppugnatores ſuxerunt venenum, inde hauſerunt antidotum eiusdem ſtudioſi defenſores. Fin-

gite

gite animis exiſtere quam plurimos homines oratione ornatos, copioſos, & graves, ſingulari armatos variarum rerum & S. litterarum cognitione, qui incredibili furore perciti impias in Eccleſiam Dialecticæ & Eloquentiæ haſtas contorqueant, & inuſitata rabie extinguere Chriſtianam pietatem ac ſepelire conentur; nullum verò eſſe, qui inſtructus iiſdem armis obviam ire poſſit eorum conatibus, amentiam frangere, audaciam jam vetuſtate corroboratam retundere ac refrænare? quanto in periculo verſabitur populi Chriſtiani ſalus? quàm liberè & illi impunè vagabuntur? quo impetu omnia dejicient atque proſternent? quàm nefario conatu omnia divina & humana jura perturbabunt, violabunt, reſcindent? Sapientiſſimè igitur majores noſtri, quod eſt in pugna maximum, hoſti gladium de manibus extorſerunt, eiq; illa ipſa acie caput amputaverunt, qua is ipſorum jugulum petebat. O propugnaculum religionis, ô arx defenſorum noſtræ fidei Theologia! ô promptuarium eorum qui falſas impiorum calumnias refutare voluerunt! Quid omninò ſine te noſtræ res eſſe potuiſſent? tu bonos armaſti contra improborum audaciam, tuis ſolis præſidiis Chriſtiana ſemper fides communita perrupit confertiſſimas inimicorum acies, omnia conjecta tela contempſit, clamores irriſorum & ſibila pro nihilo putavit. Te duce fortiſſimi illi Chriſti milites fuderunt infinitas, tum hæreticorum, tum externorũ copias, retuderunt eorum furorem, de perfidia glorioſiſſimè triumpharunt. Te ſocia tumultuantis populi furias placarunt, turbulentiſſimos diſcordiarum fluctus & excitatas errorum tempeſtates ſedarunt. Tuis auxiliis ſanctiſſimi Patres, qui nunc dignis pro ſuo labore præmiis apud Superos fruũtur, hæreticorum ſeſe effrænate iactan-

te-

tem audaciam repreſſerunt, oblatrantium ora atq; fauces obturarunt.

IV. CONFIRNATIONIS LOCUS I. *ab amœnitate, quæ ex feraciſſimus Theolog. campis percipitur.* Nam ſi POETICIS modulationibus aures mulcere meditamur, quis unquam ita in hoc genere excelluit, ut cum Davide comparatus, non ſordeat? Niſi fortè Orpheum, Homerum, Pindarum de leviſſimis plerumq; nugis verba fundentes, audire præſtat, quam illum Deo acceptiſſimum Regem nunc Dei laudes plena hilaritatis oratione referentem, nunc ejusdem auxilium in ſummis ſuis difficultatibus implorantem, nunc inſectantem improbos, nunc commendantem probos; nunc ea, quæ multis poſtea ſeculis contigerunt, ita ſubiicientem oculis, ut nullus ea melius Apelles in tabula expingere

Pſ. 118. potuiſſet? Quid quæſo dulcius eſt verbo Dei? *Quàm dulcia,* canebat divin⁹ ille Citharœdus, *faucibus meis eloquia tua, ſemper mel ori meo!* Hic eſt fa-

Iud. 14. vus, qui ex ore leonis mortui, (hoc eſt Chriſti) exivit: ex eius enim ore verba cœleſtia favis dulciora prodierunt, nulla eſt eſca ſuavior illis, nulla dulcior Ambroſia, nulla vis auri & argenti, nulla marmorea tecta ebore & auro fulgentia, nullæ ſyl-

Apoc. 5. varum amœnitates, nullæ deliciæ, nullæ epularũ delectationes ſunt cum voluptatibus divinorum verborum ullo pacto conferendæ.

Eſ. 25. Quare rectè Evangelicus ille Propheta Eſaias

In ſtudiis divinis ſinguli libri ſingula ſunt fercula. Ambr. Scripturam appellat convivium pinguium, convivium vindemiæ, convivium medullatorũ, vindemię defæcatę, hoc eſt, in quo ſunt fercula pinguia, ac vina defæcata & præſtantiſſima. Si HISTORIÆ cognitione ducimur, unde veriores, unde ſcitu digniores hiſtorias, quàm ex S. Litteris repetere poterimus? An verò ſuavius eſt cognoſcere quid Craſſo in Medos, quid Pyrrho in Romanos expeditionem paranti obliq; Apollo, quàm quid Moyſi

ad

ad Pharaonē, quid Samueli in Palæſtinos proficiſcenti apertè ac perſpicuè Deus ipſe reſponderit? Quomodo M. Attilius Regulus à Carthaginenſibus, quàm quomodo Servator humani generis Chriſt⁹ omni ſuppliciorum genere divexatus fuerit; jucundiuſne ac fructuoſius arbitramur intelligere, quibus artibus Aſſyrii, Perſæ, Romani cæteras nationes devicerint, quàm quibus auguſtiſſimi illi fidei noſtræ duodecimviri, aliiq; deinceps innumerabiles eorum veſtigia ſecuti Chriſtianæ ditionis terminos ampliaverint? *Apoſtoli.*

In CONFUTATIONE reſpondebis iis, qui etſi Theologiæ ſuum facilè honorem & locum conſtare patiuntur, tamen Verborum & ſententiarum ornamenta in S. litteris deſiderantes, earundem humilitate, hoc eſt, ſtyli & verborum ſimplicitate offenduntur. Quàm ſint illi non modò lauti & arrogantes, ſed rerum etiam imperiti ex eo facilè conſtat, quòd non intelligunt mentem, non linguam, pectus, non aures ſacra complere: non animadvertunt regnum Dei non in ſermone; ſed in virtute ſitum eſſe: non attendunt ſingulis profeſſionibus ſuum eſſe quoddam dicendi genus: ejusmodi in Theologia eſt non fucatum illud, ſed maſculum, decenter grave mirabiliterq; fœcundum. Quò fit, ut quemadmodum ſecularis eloquentiæ princeps Cic. Philoſophorum; ita nos, & multò quidem rectius, Theologorum orationē caſtam, verecundam & virginem incorruptam appellare poſſumus, præſertim quando, ut in Philoſophia, ita & in Theologia res ſpectantur, non verba penſantur. Tametſi ergo S. Scripturæ Tullianæ eloquentiæ fuco careant, habent tamen aliam longè præclariorem, convenientiorem, atque efficaciorem. Neque, ipſa Scriptura teſte, convenit plantari locum in templo Dei, hoc eſt, ut ſcitè interpretatur Gregorius Magnus, verborum umbris ac *Deut. 16.*

vani-

vaniloquio quaſi foliis ac frondibus & opacis ſylveſtrium arborum ramis Eccleſiam & Chriſtum obumbrare.

Quidam artis coloribus volunt Dei ſapientiam pingere, & rhetorum floſculis exornare; at illa modeſta cùm ſit, non ambit ornatum; cùm ſit gravis, fucum ignorat; cùm virilis, mundo muliebri non capitur. Dicendi ornamenta, ait quidam, non ſunt negotii, ſed otii, nec militiæ ſunt picta verba, ſed quietis: ergo quæ bellicum canit, quæ *exaltat quaſi tuba vocem ſuã*, ea horridum neſcio quid ac barbaricum ſonat; non tanquam lyra cytharave carmen muſicum ſuavi dulciq; ſono canit. Quemadmodum draconites admirabilis gemma nec perpolitur, nec artem admittit, alioquin pulchra & perlucida: ſic Divina Scriptura nec puerili verborum elegantia ornatur, nec humanæ Rhetoricæ artificium admittit, alioquin ſua Majeſtate & proprio nitore concinna & præclara. Cæteræ diſciplinæ ſic traduntur, ut iisdem verbis plus uno ſignificare poſſint: at hæc divino munere nobis conceſſa doctrina, uno eodemque genere ſermonis & rem geſtam exponit, & myſteria cæleſtia ſubtili magis & arcana ſignificatione demonſtrat. Illæ veteris legis ceremoniæ umbram quandam habebant veritatis, & quaſi notæ quædam erant atque ſigna eorum, quæ exſpectabantur. Quàm multæ hinc, quam novæ ſententiæ, quam admirabiles exiſtunt: quantus utriusque Teſtamenti, & veteris & novi quaſi concentus reperitur? Res à Chriſto geſtæ, præſertim in ſanandis corporum morbis, quid nobis faciendum ſit in animis curandis oſtendunt. Quanta ſententiarum ex hoc uno fonte vis? quàm copioſum orationis flumen erumpit ad conſervandos hominum mores, ad vitam inſtituendam, ad movendum, ad cohortandum? Eſt igitur in Divinis eloquiis hujusmodi

elo-

eloquentia, quam neque qui coram oculis ſuis magni ſunt videre, neque qui altum ſapiunt intelligere ſatis poſſunt: cujus vim illi tantum percipiunt, qui poſito ſecularis ſapientiæ tumore repueraſcunt quaſi, & ſe præpotenti huic Philoſophiæ recoquendos dare nihil erubeſcunt. Hanc ſua acie perſpexit Epiſtola ad Paulinam D. Hieronymus, cùm in Pauli lectione ſe non verba, ſed tonitrua audire teſtatur. Nam quod ſe Paulus imperitum ſermone appellat, id de illa ſermonis peritia non incommodè accipimus, quæ ſæculi ampullas & ſeſquipedalia verba projicere ſolet. Taxat enim ibi pſeudoapoſtolos, qui cùm nihil præter ſermonis nitorem haberent, magnos ſe Apoſtolos exiſtimabant.

1. Cor. 15.

Præterea habet hoc commodi iſta orationis, ut apparet in S. litteris, humilitas, ut pariter à doctis & indoctis tanto rectiùs intelligatur: Sic enim ad Paulinam D. Hieronymus: Nolo, ait, offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate, & quaſi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolata ſunt, ut ruſticam concionem facilius inſtruerent, & in una eademque ſententia aliter doctus, aliter audiret indoctus, &c. Nulla unquam fuit tanta in quoquam dicendi vis, ne in illo quidem, qui in concionibus tonare, fulgurare, Græciam permiſcere dictus eſt, qui tantum potuerit aſſequi orando; quantum Apoſtoli, & eorum ſucceſſores prædicando, ut rectè dixerit Chriſtianus ille Cicero Lactantius: Da mihi virũ, qui ſit iracundus, maleficus, effrænatus, pauciſſimis Dei verbis tam placidum quàm ovẽ reddam. Da cupidum, avarum, tenacem, jam tibi eum liberalẽ dabo, & pecuniam manibus ſuis largientem. Da timidum doloris ac mortis, jam cruces, & ignes, & pericula, & taurum contemnet. Da libidinoſum, adulterum, ganeonem, jam ſobriũ, caſtũ con-

Veritatis ſimplex eſt oratio; in mala cauſa, ubi judicib9 tenebræ offundendæ ſunt, phaleris orationis opus eſt.

Lib. 3. 3. 16.

continentem videbis. Da crudelem, & ſanguinis appetentem, jam in veram clementiam furor ille mutabitur. Da injuſtum, inſipientem, peccatorem, continuò & æquus, & prudens, & innocens erit.

Valeant ergo logodædali, qui vix dum Grammaticorum Scholas egreſſi, ſacrorum Bibliorum Ariſtarchi impudentiſſimè videri volūt: faceſſant ij, qui poſt manna Angelorum, alia, pepones, & carnes varias ſuſpirant, hoc eſt, ut D. Hieronymi verbis utar, qui contra ſimplicem Scripturæ cibum murmurantes, ſecularem eloquentiam deſiderant, non attendentes Aegyptiæ dominæ, hoc eſt, ſeculari Philoſophiæ, pallium (id eſt, verborū pompam) unà cum Joſeph relinquendum eſſe. Nec tamen hæc in eam ſententiam diſputo, ut ab eloquentiæ ſtudio, cui facilè tantum, quantum alius quiſquam tribuero, litterarum ſtudioſam juventutem vel avocandam, vel etiam res Eccleſiaſticas expoliri nec poſſe, nec debere exiſtimē; ſed quòd digniſſimum ſit homines quoſdam parum ultra primas litteras progreſſos tanta myſteria, tam ſublimia & admiranda Dei dona, tantam rerum divinarum cognitionem, propter ſermonem Spiritui Sancto lectiſſimum; illis fortè neglectiſſimum, tanto cum faſtu abjicere, ac faſtidire, ac plus horrere orationis, quam vitæ ac fidei inelegantiam. Quo pertinet illud Tertulliani: Chriſtianum non loqui magnificè, ſed vivere magnificè oportet.

Peroratio: Quæ cùm ita ſint, nullum, quantumvis magnificum, quamlibet quæſtuoſum doctrinarum genus ingenioſis, & Deum timentibus adoleſcentibus & viris, beatumque illam patriam inquirentibus, antiquius eſſe debet Divinæ legis meditatione, Prophetarum, & Apoſtolorum lectione, & ardentiſſimo ſtudio S. Litterarum, ingeniis humanæ Philoſophiæ exercitiis jam ſubjactis

ac præ-

ac præparatis, veram Sapientiam ex S. Bibliis, tanquam theca divina, hauriamus, profanis litteris tanquam ancillis & condimentis, non tanquam Dominis ac cibis utamur, & peregrinantium inſtar, in iis non habitemus. Nusquam enim tam convenit ut eum illud mediocritatis præceptum tenere: Ne quid nimis, quàm in profanorum auctorum lectione. Quemadmodum Alexander Homeri Iliada, Scipio Xenophontis Cyropædiam nunquam vel dormientes ſepoſuerunt: ita nos Hilarionem ſecuti, verum ſolumq; Chriſti Evangelium tanquam univerſæ honeſtatis & ſapientiæ fontem, nobiſcum aſſiduè dies noctesq; geſtemus: eaq; inde depromamus in terris, quorum ſcientia nobiscum perſeverat in cælis; S. litteras toto pectore ſitiamus omnes, has amplectamur, in his jugiter verſemur, has exoſculemur, his demùm immoriamur, in has transformemur, in his vivam Chriſti & ſpirantem imaginem veneremur.

XVI. ENCOMIUM THEOLOGIÆ *Scholaſticæ.*

EXORDIUM *à cauſſa impellente ad dicendum.* Quemadmodum temerarii eſt propter ætatis & conſilii imbecillitatem juvenili quodam animi impetu quaſi vento, in conſultis prudentioribus ad certum vel vitæ, vel doctrinæ genus ferri: ita viciſſim otioſi cujusdam cunctatoris eſſe videtur, in limine, quod ajunt, demonſtrati itineris conſiſtere. Priori modo fieri ſolet, ut propter cupiditatem ante implicemur aliquo certo doctrinæ genere, curſuque vivendi, quam poſſumus, quid optimum, nobisque factu convenientiſſimum ſit, videre: poſteriori, ut præſumpta propter ignaviam deſperatione, nunquam præfixum ſcopum attingamus. Cùm itaq; intelligam me ſuſcipiendo Theologicorum ſtudiorum genere, non magis hujuſce

De neceſſitate &c. Theol. Schol. lege Ant. Poſſevinum lib. 3. Bibliothecæ ſelectæ cap. 3.

inſtituti auctoribus obſecutum, quàm, ſi cum Romam me ex Germania profecturum obſtrinxiſſem, ad Alpium juga ſubſiſterem: non potui non quod Deo duce ac bonis invitantibus conſulto, uti ſpero, iter eſſem non ita pridem ingreſſus, iisdem approbantibus continuare. Quantum enim refert priusquam incipias conſultare, tantundem, poſteaquam conſulueris, factum ipſum maturare.

Propositio: Quocirca ne admota manu aratro temerè reſpectaſſe, & mihi ipſi in munere aſſignato defuiſſe videar; nihil ab hujus & loci, & curriculi inſtituto alienum me facturum ſum arbitratus, ſi Scholaſticæ Theologiæ tum utilitatem, tum neceſſitatem ex ejusdem officiis proponerē, eamque à calumniis, quibus paſſim inceſſitur, vindicarem. De quibus dum pro mea virili diſſero, ut eadem, qua ſoleris, benevolentia dicentem proſequamini, etiam atque etiam rogo.

Poteſt hic oſtendi quodnam Scholaſticæ Theologiæ initium, quis progreſſus, qui inſtitutores, & auctores fuerint.

Confirmatio *docebit I. triplicem Scholaſticæ Theologiæ functionem.* Primum eius munus eſt, ea quæ ſacris litteris incluſa tenentur, in lucem quaſi è tenebris eruere, eorumq; difficultates enodare. Nam cùm non omnia, quàm volunt plerique, tam ſint facilia & aperta; multa inſuper pluribus difficultatibus involuta, quis non videt iſta in utramque partem differendi Scholarum conſuetudine veritatem in profundo ſæpe demerſam, vel quodam ſaltem modo occultatam, in apertum proferri? verè enim quidam: Quomodo ferri & ſilicis concuſſione ignis, inquit, ſic hominum doctiſſimorum conflictu & diſputatione veritas elicitur. Sed ut illa, quæ communia ſunt omnium differentium Scholis prætereamus: Scholaſticen & ad intelligendas & illuſtrandas, contra atq; malevoli dictitant, S. literas valere, vel hinc liquidò Dialecticis imbuto conſtare poteſt, quod ſcholaſticus Theologus, cū viris doctis, ex principiis fi-

dei

dei à Deo revelatis, hoc eſt, litteris divinis, concluſiones ſuas eliciat. Omnes enim artes & ſcientiæ, quæ aliis ſunt ſubjectæ, ſuperiorum principiis recte ad ſuarum quæſtionum confirmationem utuntur. Cumque eo modo Scholaſtice ad S. litteras affecta ſit, duo licebit hinc apertiſſimè colligere: alterum, citra Scripturæ divinæ injuriam hanc ipſam rejici non poſſe; alterum impudenter errare eos, qui dum juventutem in Muſicis, Opticis, Medicina, & id genus aliis ſtudium & operam non mediocrem ponere facilè patiuntur, quin etiam, propter neceſſitatem cum utilitate conjunctam, eodem invitant; ab hac tamen neſcio quibus coloribus dehortantur; licet Scholaſtice ſua principia, non quemadmodum Muſica ab Arithmetica, non quemadmodum Optice à Geometria, non quemadmodum Medicina à Phyloſophia; ſed ex Canonicis litteris & inſtitutis (quibus nihil poteſt eſſe verius) depromat, ex quibus quid ad propoſitam quæſtionem conſequens, quidque repugnans ſit, mentis diſcurſu perſpicimus.

2. Scholaſticæ Theologiæ munus eſt fidem Orthodoxam ad hęreſibus aſſerere. Eã enim Scholaſticam Theologiam vocari notum eſt, quæ S. litterarum fundamentis innitens, vberius & accuratius fidei ſententiam explicat, confirmat, defendit, ſubtiliter etiam iis rebus animadverſis, quæ vel ex fide conſequentes ſunt, vel fidei repugnant, & quarum perſpicientia velut clariſſimum quoddam lumen juvat, ut tenebræ (quas hæretici ſuis fallacibus argumentis veritati fidei offundere nituntur) facillimè diſpici atque diſpelli posſint. Rectè vero nuncupatur Scholaſtica, quia revera id præſtat, quod nemo rectè præſtare poteſt, niſi exquiſitã doctrinam conſecutus ſit, quam magno ſtudio, acri ingenio, & cõſtãti labore in Scholis didicerit: nam & olim ante mille ducentos an-

nos uſitatum fuit, ut qui eruditione & ingenii laude excellerent, Scholaſtici nominarentur. Verè S. Auguſtinus aſſerit, hac ſcientia fidem gigni, nutriri, defendi, roborari: quia ſicut corpus extinguitur deficiente alimento; ita extinguitur fides in illis locis, in quibus ſolida Theologia extincta eſt. Ac propterea idem Auguſt. merito appellat Eccleſiæ Doctores plantatores, rigatores, ædificatores, & nutritores Eccleſiæ: Doctoris Scholaſtici munus eſt (ut tradit ex Aug. Scholaſticorum Magiſter) ſcire quemadmodum fides Catholica piis opituletur, & adverſus impios defendatur, hoc eſt (ut Theologorum vere princeps deſcribit) qui fidelem ſermonem ſecundum doctrinam amplexus, non modo exhortari poteſt in doctrina ſacra, verum etiam contradicentes, hoc eſt, ſacram & ſanam doctrinam non habentes, redarguere. Cùm itaque ſola hæc Scholaſtica exercitatio ad utrumque efficiendum reddat nos inſtructiſſimos, nemo (niſi acerrimus doctrinæ ſanioris juſtæque reprehenſionis hoſtis) ſolidam hanc & veram cum hoſtibus congrediendi rationem rejiciet. Atque hæc ſola ratio eſt, ob quam hæretici ad unum omnes tanto impetu, tantoque furore in Scholaſticos debacchantur. Facile ſubodorantur, ut ſunt nonnulli eorum minimè mucoſis naribus, Catholicorum fidem, quam ipſi ſubvertere moliuntur, horum ſtudio doctrinaque ſtare ac muniri. Vnde æque minus mirum videri debet, hoc genus eruditorum hæreticis eſſe exoſum, quam quod canes lupis, judices furibus, ſunt inviſi. Revera enim hæretici ſunt fures, quos aliunde aſcendere ſoli Scholaſtici, veluti canes vigilantiſſimi ac fideliſſimi, non ſolùm latratu ſuo indicant, verùm etiam iſtos animorum prædatores pro ſua libidine in ovile Chriſti graſſari non ſinunt, quin & æternis flammarum globis adiudicant. Hanc ob

cau-

cauſam dictu mirũ, quantopere Germaniæ noſtræ Luciger, Lutherus inquam, linguam ſuam virulẽtam adverſus hoc ſtudiorum genus, ac omnes deniquecelebriores totius orbis Academias exacuerit. Hinc Scholaſticam Theologiam nihil aliud eſſe, quàm ignorantiam veritatis, & inanem fallaciam, contra Jacobum Latomum ſcribens aſſeruit. Hinc Academias, ubi ea docetur, lupanaria Antichriſti, Catholicorum Scholas Sodomam & Gomorrham appellare, diverſis in locis nihil dubitavit. Hinc paſſim etiam alii ſectarii Scholaſticam Theologiam errorum & abominationum lernam ac ſentinam appellant. Scilicet errores & abominationes ſunt, veritatis illæ doctrinæ Orthodoxæ, quas Orthodoxi non minus egregiè tuentur, quam Sectarii perfidè negant. Nemo autem eos hanc doctrinam mirabitur profligaſſe, quiſquis ne ſacra quidem Biblia (quorum tamen ſoli adoratores initio videri volebant) undequaqȝ ſteti ſſe per eosdem meminerit.

Multo juſtius id nominis Sectariorũ ſcholis tribui poteſt in quibus tot lupæ lupis permixta Chriſti gregẽ dilacerant.

3. Scholaſtici Theologi officium eſt, Chriſti Eccleſiæque Doctrinam, quoad fieri poteſt, ac debet, diſciplinis humanis, vel illuſtrare, vel etiam confirmare. D. Auguſtinus rationem reddit elegantem, cur merito in Theologiæ tractatione utendum nobis ſit ſcientiis Philoſophorum, repudiatis illorum erroribus. Dicit enim, veritates illarum quoque ſcientiarum quaſi quendam theſaurum eſſe, erutum velut ex fodinis ſeu metallis quibusdam divinæ providẽtię ubiqȝ diffuſæ. Huncautem theſaurum indignè atqȝ injuſte fuiſſe à Philoſophis uſurpatum, qui *Deum*, teſte Apoſtolo, *non glorificabant ſicut cognoſcebant, & veritatem Dei injuſtitia detinebant*. Proinde jure noſtro poſſe nos ejus theſauri copias nobis vendicare, ut iis adjuti, divinam fidei doctrinam melius percipiamus, in eoque debere nos imitari filios Iſrael,

2. de doctr. Chriſt. c. 40.

Rom. 1.

 qui

Epiſt. ad Magnum. & epiſt. ad Damaſcũ.

Si quid in profanis Scriptoribus utile reperimus ad noſtrum dogma convertendum eſt, ſi quid ſuperfluum, de idolis, de amore, &c. radẽda ſunt; & ferro acutiſſimo deſecanda.

qui cum ex Aegypto diſcederent, vaſa Aegyptiorum aurea & argentea, relictis illorum idolis, ſuſtulerunt. Idem ſtudium commendat ſimiliter D. Hieronymus, dum inter cætera ait, eos qui ſcientia Philoſophorum, rejectis erroribus, ad explicandas res divinas utuntur, myſticè adimplere illud quod Deus Deut. 21. cap. jubebat, ut ſi aliquis ex populo Dei pulchram mulierem alienigenam vellet ſibi matrimonio conjungere, eam, raſa prius cæſarie, & circumciſis unguibus, in domum ſuam, atque adeo ad populum Dei introduceret. Item cùm errores profanorum auctorum præſidio profanarum artium confutarentur, perinde eſſe, atque ſuperbiſſimi Goliath caput proprio mucrone truncare. Ut ſim brevis, plerique Eccleſiæ veteris Doctores clariſſimi modum hunc diſſerendi ex ſcientiarum naturalium principiis diſerte commendarunt, & alii ipſi multo auro, argento, & veſte ſuffarcinati de Aegypto jam olim exiverunt, hoc eſt, à Paganiſmo, Ethnicorum ſcriptis, & Philoſophia ornati, ad Chriſtianiſmum acceſſerunt, argumentationibus Theologicis vel ad eruendum verum ſcripturæ ſenſum, vel veritatem confirmandam, vel ad redarguendos contrarios errores uſi ſunt: atque ita fideliſſimam operam Iſraeli contra Pharaonem, his ſubſidiis inſtructi, navarunt, quem his adjumentis deſtituti, non magis quàm inermes, armatos potuiſſent expugnare. Nunquid etiam D. Pauli, & aliorum Apoſtolorum epiſtolæ ejusmodi argumentationum ſunt pleniſſimæ? imò, nunquid ipſe Chriſtus paſſim argumentationibus ex principiis fidei, & ex ratione ductis, iisq; tanquam neceſſariis ad perſuadendam hominib⁹ viam ſalutis, uti ſolebat? Ex dictis Scholaſticæ Theologiæ officiis non eſt difficilè videre, tantam eius tum utilitatẽ, tum neceſſitatem eſſe, ut hac ſublata, duo illa, quæ in docto Eccleſiaſtico requiri diximus, ſimul ſublata eſſe videantur.

Quid enim præſtabilius eſſe poteſt, quàm poſſe ſana doctrina exhortãdo piis ſuccurrere? quid magis neceſſarium, quam poſſe contradicentes (quorum hac ætate infinitus eſt numerus) non ſolùm expreſſo Dei Verbo, verum etiam iis, quæ inde liquidò beneficio rationis deducuntur, redarguere? Ne dicam hac rejecta, non ſolùm humanam, ſed & cæleſtem illam Philoſophiam, ſacris Bibliorum libris comprehenſam non fore ſaluam.

In CONFIRMATIONE *huiuſce facultatis reprehenſoribus reſpondebit.*

Primum ſtultè rejiciunt hæretici Scholaſticen, quaſi ex ſacres Bibliis nullum habeat robur, firmamentum nullum, cùm, ſi rem ſpectemus, Scholaſtici rectè appellentur iſti, quos Chriſtum, in Eccleſia, *ad ædificationem Corporis Chriſti, & conſummationem Sanctorum,* hoc eſt, ſalutem fidelium Doctores dediſſe affirmat Paulus; & ſola ferè Scholaſtice faciat, *ut adoleſcamus, in unitatam fidei, & in virum perfectum,* hoc eſt, usq; ad finem ſæculi, *nec ſimus amplius parvuli fluctuantes omni vento doctrinæ.* *Ephes. 4.*

Neq; rectè propterea omnem hanc diſciplinam penitus exterminandam putant, quòd nonnulli, uti affirmant, ineptè illam tractârunt, nimis multam operam in res obſcuras atq; difficiles eaſdemque non planè neceſſarios contulerunt: eadem enim ratione totam Philoſophiam, Juriſprudentiam, & alias id genus ſcientias profligant.

Neque ſunt temerè audiendi, qui in Scholaſtica Theologia nullum certum eſſe dogma, ſed partiũ factionibus omnia plena eſſe contendunt. Etſi enim in hac tam latè ſe fundente doctrina quędam reperiantur, quæ nec dum planè definita, & à diverſis diversè agitata ſunt: quia tamen levia ſunt iſta, quæ partim ſtudiorum ac familiarum diverſitate, partim hominum moribus rectè attribuuntur, parum nos conturbare debebunt. Nam quæ

Digitized by Google

familiarum factionibus, atque etiam hominum contentionis, quàm veritatis cupidiorum vitio vitia irrepſerunt. Scholaſticæ exercitationi non magis, quàm reliquis diſciplinis ſuæ παρεκβάσεις obeſſe debent. Vt non error ſtatim eſt, ſi quid Durandi, Bonaventuræ, aut Scoti propoſitionibus eſt contrarium; ita quæ communi Scholarum Theologicarum conſenſu decreta ſunt, convellere, notam habet, ſi non hæreſeos, ſaltem hæreſeos proximam. Nam cùm & vulgatum illud axioma, & ipſa ratio in quacunque arte peritis credendum eſſe demonſtret, qui convenit in controverſiis fidei communi Theologorum conſenſui derogare, & de ventis, de tauris, de ovibus differentibus nautis, aratorib⁹, & paſtoribus credere? Quid indignius, ac Reipubl Chriſtianæ periculoſius, quàm quòd, cùm in cæteris ferè rebus, ad corporis & fortunæ bona pertinentibus, ſoli artifices judicent, in bonis animi ſempiternis, & ad ſummum illud bonorum adipiſcendum deſtinatis, illi modo judices eſſe volunt, qui non ſolum non artifices, ſed ne artificum quidem officinas, inſtrumenta, & nomina norunt? Quiſquis conſentientem Scholaſticorum auctoritatem rejicit, ſe ſolum oculatiorem, ſe doctiorem, ſeque ſapientiorem, quam fuerunt tot acerrimi judicii viri, impudentiſſimè fateatur neceſſe eſt. Breviter, quotquot Scholarum conſenſum oppugnant, ex eorum ſunt numero, qui plura ſcire volunt, quam didicerunt. Et, quo nihil eſt admirabilius, quantumvis acri & vehementi ſtudio hinc inde inter Scholaſticos certatum ſit, idem tamen omnes in doctrinę Chriſtianæ capitibus, non ſine Spiritus ſancti evidentiſſima revelatione, videmus ſenſiſſe. Adverſariis, ſeu novæ Lutheri Theologiæ ſectatoribus, nihil tam eſt familiare, quam propter diſſenſiones aliquot leves hominum contentioſorum totum

tum hoc differendi genus calumniari, cum tamen ipſi non,ut noſtri,de finibus, ſed de tota poſſeſſione,non de lana caprina, quod dici ſolet, ſed de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ capitibus,graviſſimis contentionibus decerrent. Iniq; faciunt,quòd propter neſcio quos Scholaſticorum conflictus, totum hoc doctrinæ genus impudentiſſimè rejiciunt,cum ipſi interim alteri alteris plus ſint, quã hæretici, ac ne ſecum quidem perſæpe conſentiant. Proferant,quæſo,unum dogma uno ore eadẽque mente à Scholaſticis contra Eccleſiæ autoritatem aſſertum.Quod ſi nullum proferri poteſt,ſine dubio in totam hanc diſciplinam ſunt iniquiſſimi, qui propter paucorum abuſum eam penitus exploſerunt.

Adhæc nullo modo tolerandi ſunt, qui tum S. literarum, tum Patrum teſtimoniis quibusdam in ſpeciem faventibus perſuaſi, tantum expreſſo Dei verbo deferunt, ut in omnibus de religione controverſiis,tum ad naturæ rationes,tum ad ea, quæ ex Dei verbo, beneficio mentis noſtræ elici poſſunt,utramque aurem plane occludant, & licet S. litteras à quovis tum intelligi, tum ſolum recipi volunt, tot tamen jam conſequentias, expoſitiones,annotationes,explicationes, Poſtillas, Catechiſmos, & Locos Communes nobis, & toti orbi cum tanto diſpendio obtruſerunt. Quis non videt Theologum non malè uti rationibus à natura & Philoſophia depromptis? Cùm enim magno doctorum hominum conſenſu omnes humanitatis literæ communi quaſi cognationis vinculo ſint inter ſe colligatæ,quę eædem trium ædificiorum, Medicinæ, Jurisprudentiæ, ac Theologiæ ſunt fundamenta,ecquis tantum ab omni humanitate, atq; ipſa deniq; ratione eſt derelictus, ut Reginæ pediſſequas, Dominæ ancillarum gregem famulari nolit: famulari dico, & ſervire; non imperare, &

Sicut Princeps eò cenſetur magnificentior, quo plurium ſatellitio cinctus atq; ſtipatus ingreditur: ita veneranda & nobiliſs. Regina Theologia eò eſt illuſtrior quò plures ipſam pediſſequæ comitantur & venerantur.

Sap. 7.

præſcribere? At nihil egent divina humanis adjumentis. Eſto, nihil egeant, an idcirco Theologus divina tractans, homo eſſe rationem abjiciendo deſinet? non magis profectò, quàm manus aut pedes abjicimus, quando ſuo munere caput perfungitur. Cum nec humanarum rerum intelligentia divinarum cognitioni obſit, nec contra, nemo, niſi planè ſtultus, ac hominis vocabulo indignus, alteram in alterius functione propria repudiabit: Non ſolùm Ciceronem, ſed & Salomonem noſtrum ſecuti, Philoſophiam ut Dei donum ſuſpicere ac venerari licebit: utrumq; enim lumen ipſe dedit naturæ & fidei, quorum altero φυσικῷ altero μεταφυσικῷ cernimus, à Deo eſt. Quid quod non modò Theologia, ſed nec fides ſine ratione ac diſciplinis à ratione nominatis conſtare poteſt? nam cum homo animal plane divinum, plenum rationis & conſilii ſit, ſive ille res divinas, ſeu humanas cognoſcat, ne ſi velit quidem rationem repellere poteſt, à qua, ſi Græci ſermonis proprietatem ſpectes, & hæc de Deo ſcientia θεολογία, & homo τὸ λογικὸν ζῶον appellatur.

Etſi tolerabilis, imò laudabilis ſit in vulgo ſancta illa ruſticitas, quæ ſublata omni Philoſophia in vera fide cernitur, quis neſcit in Theologis, & Doctorib⁹ amplius quid requiri, ut non ipſi ſolùm rectè de religione ſentiant, verùm etiam *omni poſcenti*, ut Apoſtolorum princeps loquitur, *rationem reddere parati ſint*: id autem quî ſola fide ſine ratione ac humanæ diſciplinæ præſidiis fieri poterit? Scilicet in profanis litteris homines eſſe natura nos, ac Deus voluit; in divinis verò ac cœleſtibus beſtias, vel ſi mavis, fungos, ſtipites, & truncos eſſe volet? Nec tamen hæc ita accipi velim, quaſi quidquid de Deo ac rebus divinis in S. litteris dicitur, id ad Philoſophorum rationem exigendum eſſe exiſtimem. Jam enim ante conſtitutum eſt

ex

ex fidei principiis, quæ ſunt S. Litteræ, demonſtrationem Scholaſticam proficiſci debere. Quemadmodum ergo in reliquis ſcientiis ipſa principia ſunt ἀναπόδεικτα, quæ ſenſibus, memoria, & experimentis teſtatiſſima ab omnibus ponuntur: ita & huiuſce facultatis Theologicæ principia, quòd divinitus ſint inſpirata, ipſa ratione vel deficiente, vel ultro ſeſe ſubjiciente, ſine ulla hæſitatione noſtra apprehenduntur. Nec verò id mirum videri debet, cum Theodoretus fidem etiam illam humanam omnium diſciplinarum primariam baſin, omniumque artium crepidinem affirmare nihil dubitet. Quod ergo rationis uſum de rebus divinis diſſerendo requiſivimus, id non ad principiorum demonſtrationem, ſed eorum, quæ ex iiſdem principiis cum ratione deducuntur, pertinere voluimus. Præterea cùm tota Philoſophia ad tranctandas S. litteras frugifera eſt & fructuoſa, tum nullus feracior in ea locus eſt, nec uberior, quàm quò de rebus naturæ diſſeritur, à quibus graviter eruditeque rem Theologicam tranctandi adjumenta ducuntur. Quid enim eſt in tota hac rerum univerſitate, ſive ſimplicia, ſive concreta ſpectes, cuius in S. litteris nulla fiat mentio, quibus quin intelligentiam harum rerum aſſecutus copioſius & ornatius dicere poſſit, nemo ſanus negaverit? Quàm multa ſunt rerum naturalium quaſi miracula, quæ in diſciplinis humanis explicantur, ac à Salomone, Davide, Job, & cæteris Prophetis in divinæ vel potentiæ vel ſapientiæ commendationem adferuntur? Quàm multa denique ſunt in ſacris litteris, quæ ſine Arithmeticæ, Geometriæ, Geographiæ, & Aſtronomiæ ſubſidiis expedire nequeunt?

Prætereo, quod ad docẽdos Philoſophos, Theologum Chriſtianum (Apoſtoli Hebræis Hebræum repræſentantis exemplo) Philoſophum fieri,

ut Chriſto eosdem lucrifaciat, conveniat. Fortiſſimè enim expugnantur hoſtes quando adverſum eos ipſorum armis utimur, proprioq; eos mucrone jugulamus.

Si vetuſtiſſimorum ac clariſſimorum exemplis agere placet, qui ad ea, quæ fidei noſtræ propria ſunt, ſuadenda, naturalia argumenta inſeruerunt, vix quiſquam ex omni antiquitate alicujus ſaltem nominis reperietur, qui non his præſidiis armatus, ad rerum divinarum tractationem acceſſerit. Origenes ſe non absq; graviſſimorum virorum exemplo, diligentem operam in Philoſophicis poſuiſſe, Philoſophiæ ſtudia detrectantibus reſpondet. Didymum ſcribit Theodoretus Grammaticam, Rhetoricam, Arithmeticam, Geometriam, Aſtronomiam, ſyllogismosque Ariſtotelis didiciſſe, quod adverſus mendacium arma veritatis exiſterent. Omitto Tertullianum, Juſtinum Martyrem, Damaſcenum, & omnem illam ſubſequentis ætatis turbam, in quibus id, quod dico, longè eſt evidentiſſimum. Quorum libri cum iſtiusmodi eruditionis ſint pleniſſimi, quis ſine humanarum litterarũ à ratione profectarum ſubſidio in iiſdem ſe fructuoſe verſaturum ſperet? Nonne etiam cum reli- *Col.2.* quorum, tum maximè Apoſtoli Pauli Epiſtolæ rationibus à natura ductis & fidei domeſticos inſtruunt, & adverſarios convincunt?

Qui contra nos proferunt illud Pauli; *Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam*, non intelligunt, quodnã genus doctrinæ Pau- *Lib.1 Stro.* lus præcipiat cavendum. Clemens Alexandrinus ait: Non reprehendit Apoſtolus Philoſophiam veram, hoc eſt, quæ de naturæ rebus verè ſentit, ſed Epicuream. Quod idem Paulus contra Philoſophos citat illud Prophetarum: *Perdam ſapienti- 1.Cor.1. am ſapientum, & prudentiam prudentum reprobabo:* id de Evangelii luce rectè explicatur, quæ immen-

ſo ju-

ſo jubare omnium Philoſophorum doctrinam ita obſcuravit (id enim valet apud Paulum verbum *perdere*) ut hæc ad Evangelium collata, nulla plane eſſe videatur, non ſecus atque luna, dum Soli luminum reliquorum principi ac moderatori propius adeſt, vehementia & ubertate ſplendoris obfuſcatur. Ideoque *ſtulta mundi* (rudes piſcatores) *elegit Deus*, ut virtus Dei Evangelii prædicatione magis inclareſceret. D. Clemens ſcribit, non eſſe hic ſermonem de verè ſapientibus, ſed de his, qui ſibi tales eſſe videntur: quo ſenſu & Evangelium ſtultitia dicitur, non quòd ſit, ſed quod ita mundi huius ſapientibus videatur.

Abd.1. Eſa.29.38. Matt.11. Abſcondiſti hac à ſapientib &c.

SS. Patres nonnunquam immoderatum profanorum uſum, vel potius abuſum in nonnullis condemnant, quibus unus Ariſtoteles omnium & Evangeliſtarum & Apoſtolorum inſtar eſt, quibus Plato non jam amplius divinus, ſed Deus eſt, qui ad profana ſcripta jam grandævi, & ſæpe infulati adhæreſcentes, quando Paulos & Evangeliſtas debebant; Cicerones, Platones, & Ariſtoteles perſonant; qui Sacerdotes Dei dum ſunt, omiſſis Evangeliis & Prophetis, Comœdias legunt, amatoria Bucolicorum verſuum verba canunt. Ovidium, Terentium, Plautum terunt. Adhæc licet Apoſtoli non fuerint artibus, quas Philoſophia ſuo ambitu complectitur, à Chriſto, qui omnem eos veritatem docuit, imbuti; eas tamen Chriſtianis nihil prodeſſe, nemo vel leviter diſſerendi arte tinctus, hinc colligere tentabit, niſi prius omnes Chriſtianos abſolutiſſimum hoc & peculiare Spiritus S. donum, tum ad intelligendum, tum ad tradendum S. Literas idque Chriſto doctore conſecutos demonſtrabit.

Hieron. in c. 20. Matt. & ep. 22. Aug. contra Manich. Concil. Carth. 4. Nemo plus nimio neglecta Sara bonitate, Agar amplexibus indulgeat.

Epilogus. Quoniam Hæreticorum inſaniam nulli validius quam Scholaſtici Theologi, utraq; & cœleſti & humana Philoſophia inſtructi oppugnant,

gnant,ſolos hos, in quos omne acerbitatis ſuæ virus evomerent,dignos cenſuerunt, ut quos virilibus non poſſent, muliebribus armis ſuperarent: hoc eſt,quos rationibus contra rationem pugnando,ipſi ab inſtituto revocare non poſſent, ſaltem conviciis lacerando fatigarent. Quâ audaciſſimorum hominum impunitate & licẽtia effectum eſt, ut hoc noſtro ſæculo extremè improbo nõ deſint, qui omnia humanitatis ſtudia, tanquã ſincerioris religionis(ſic enim ἀποστασίαν ſuám quisque appellat)inimica,ſi non verbo,ſaltem reipſa penitus declarent extirpanda.Hic dicent illi,ſat ſcio,nullum hominum genus de litteris humanioribus magnificentius ſenſiſſe,utpote qui non Eccleſias modò ſed & Scholas perpurgârint. Rectè profectò,perpurgarunt: ita enim hoc munere ſunt perfuncti; ut vix veſtigium vel pietatis avitæ, vel ſanioris doctrinæ reliquum videamus,atq; adeò tam ſtrenuè hoc labore purgandi proximis his annis fuerunt occupati,ut neq; templorum, neq; ſcholarũ fundamenta ſtare,nedum,alterius vaſa,alterius libri;quamvis incluſi,ſalvi eſſe potuerint. Nõ certè intelligo quomodo nõ potuerit huc ſpectaſſe novæ Theologię in Germania noſtra inventor, & veteris abrogator Lutherus,quando jam olim Sathanam nec aſtutius, nec efficacius inveniſſe cõmentum,quam univerſitatum erigendarum inter pocula iſta immània non jam liberius effutiret; ſed ad Germaniæ nobiles perſcriberet; ubi & figulum aliquem de rebus Phyſicis, quàm Ariſtotelem in omnibus ſuis libris majorem habere cognitionem ſcurriliter confinxit.Quib⁹ furioſis, & legum pœna coërcendis verbis jam tum quasdam Germaniæ civitates ita demẽtavit, ut ad annos aliquot Scholas occluſerint,& juventutem feriari, ne dicã helluari,quam philoſophari maluerint.Magni etiam nominis aſſeclas quosdã his vocibus ita percelluit,

ut à

ut à manſuetudine & litterarum cognitione in ferocitatem illam degenerarint, à qua initio genus humanum agris diſperſum, viri conſiliis & oratione præſtantes, oppidis ſepſiſſe, & ex feris & immanibus mites reddidiſſe memorantur. Exemplo ſit Carolſtadius, qui ut veterem hominem planè cum ſuis artibus exuiſſe videretur, magiſtri verbis huc inclinantibus, nefas ſibi eſſe putavit, in negotioſo iſto litteratorum otio diutius verſari, ac proinde repentè, ut vitæ genere, ſic etiam veſte commutata, quem aliquando Viteberga viderat veſte talari & decenti, Archidiaconum, hunc, ut ait ille, non puduit alto per glaciem perone tegi. Sed facile fuit hominem (quem nullum unquam humanitatis officium aut intelligere, aut facere; ne domeſtici quidem animadverterunt) his tantis ad deformationem præparatum initiis, ex urbano facere paganum. Illud admirandum magis, hũc ipſum Lutheri ſermonem apud homines mitioribus Muſis ſatis excultos, tantum valuiſſe; ut diſciplinis libero homine dignis relictis, piſtrinum cogitarint: id quod nunquam hominibus liberaliter inſtitutis in mentem veniſſet, niſi iſti idolo, quod quidã poſt mortem ejus deplorat, deformiter ſervire voluiſſent. Quæ igitur rerum confuſiò, quam iniqua Metamorphoſis & Academiarũ & Scholæ Theologicæ cõtemptu ſecuta ſit, quis non videt? Intelligit pro ſua verſutia crudeliſſimus hoſtis, totum ædificium ſine rimulis vel tectorum, vel parietum ſubrui cõmodè non poſſe, ideoq; ut paulatim quibusdam quaſi gradibus Patrum auctoritatem, Cõciliorum decreta, ſacras denique litteras, & fidem Orthodoxam totam non elevet ſolùm, ſed & penitus abroget, peropportunum ſuo inſtituto arbitratus eſt ſi Scholaſticen, quæ divinorum Oraculorum, ac Patrum teſtimoniis, ac rationibus, è Philo-

Philip. Melanchton. Conſule P. Shererum Dominic. I. poſt Feſtum trium Regum.

Philoſophia ſobriè deſumptis, nititur, in odium adducat,& penitus è Scholis profliget.

Quocirca, ne arma ad defenſionem à Deo ter Opt. Max. Catholicæ Eccleſiæ conceſſa, hoſtibus non vi,ſed partim blandiloquentia,partim convitiis eripere conantibus, turpiter deſeruiſſe videamur,tanto majori cura & vigiliis in hanc profeſſionem incumbere conveniet, quanto magis eandem ut abjiciamus, hoſtes inſtare videmus, & urgere.

XVII. ADHORTATIO AD CONTInuam & jugem meditationem præſentiæ Dei.

Vide R.P. Martini del Rio, de præſentia Dei orationes decem. Ser. lib. 1. cap. 11. Vide 3. partem noſtræ Germanicæ Moralis Theologiæ c. 3 pag 2. & P. Franciſcũ Aras de hoc themate.

EXORDIUM *à præcepto Epicuri, de præſente aliquo cogitando.* Epicurus Philoſophus,inter cætera impurus, ſuis præcipere ſolebat ut ſemper cogitarent,vitæ ſuæ teſtem aliquem adeſſe. Laudat hoc præceptum Seneca; ſed prudenter addit, hunc teſtem aliquem bonorum eſſe debere, ut Catonem, Lælium,Scipionem,& ſimiles; quos animus vereatur, quorum auctoritate ſecretum ſuum ſanctum homo faciat, ad quos mores noſtri ſeipſi erigant: nec enim, niſi ad regulam, prava unquam corrigi. Verùm quia regulam undiq; æqualem, inflexibilem,& perfectã eſſe decet, mortalium verò nemo ſine vitiis naſcitur,rectiꝰ omninò dixiſſet, Deum nobis præſentem eſſe ſemper cogitandum.

PROPOSITIO, Hac continua cura Deum ſibi præſentem effingendi, nihil eſſe honeſtius, nihil utilius,nihil jucundius,nihil facilius, nihil magis neceſſarium,demonſtrabo.

CONFIRMATIONIS I. *Locus ab honeſtate & dignitate.* Quanta ſit DIGNITAS huius exercitii patet. Primò,quia perfectio virtutum in hoc divinæ præſentiæ cõtemplatæ culmine conquieſcit; poſtquã

cæteræ

cæteræ virtutes nos ad eam (Dei ut præſentis, quaſi quandam inſpectionem) ut ad ſummum perfectionis humanæ gradum deduxerunt.

II. Quia ſimiles nos facit Angelis. 1. quia, quod Angelorum privilegium eſt, ſemper dat frui continuo quodam Dei aſpectu. 2. Aſſimilat nos Angelis quoad quendam fulgorem, ſicut Angeli clariſſimo ſplendore refulgent, ſic etiam hæc familiaris Dei præſentia miram quandam animo lucem cõciliat. Moyſis, ut à Dei præſentia & colloquio rediit, è facie ſplendidum quid & glorioſum emicabat, adeò ut radios corniculantes, qui perſtringerent intuentium aciem, exerere videretur, & ideò velum faciei imponere cum populo acturus cogeretur. 3. Perpetua Dei (ut præſentis) recordatio nos ſimiles reddit Angelis munditia & puritate. Nam principio cor inflammat, mox, ut ignis aurum ſolet, illud ab omni immunditia expurgat, & ſic animam, omni paulatim vitio cõſumpto, quod de terrena ſubſtantia corporis hauriebat, ad ſplendorem ſibi conſentaneum majore cum gloria reducit. Munditia quidem animæ eſt cauſa Deum videndi. *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*. Sed in hac vita Dei viſio, iterùm eſt cauſa novæ majoris munditiæ, cum hic non in ſtatu, ſed in via ſimus, hæc lux aſſiduè creſcit, hæc duo ſe mutuo jugiter adaugent, & quaſi procreant de novo. Conſidera Deum tibi præſentem, abjicis aliquid ſordium, acceſſit aliquid puritatis, clarius quoque & frequentius in Deum intueberis, atque ita deinceps donec planè emunderis: vide igitur videntem te Deum.

S. Nilus Chryſoſtomi auditor lib. de Orat. cap. 107.

B. Diadochus lib. de perfect. ſpirituali c. 97.

III. Quia hoc exercitium continuæ Dei præſentiæ ſemper meditandæ cum orbe fuit natum, cum eodem adolevit, & placuit cunctis, qui Deo placuerunt, imò quo ſanctiores homines erant, hoc eis ſtudium iſtud ſanctius fuit, & antiquius.

Tempore NATURÆ, Angelus, initium creaturæ, quamdiu oculos à Deo non deflexit, ſtetit, & gratus Deo permanſit: poſtquam verò oculos à Deo avertit, & in ſemet ipſum per ſuperbiam convertit, ſibique viſa ſui pulchritudine ac decore, & *Eſa.* 18. perfectione male placere incœpit, ſtatim de cœlo cecidit Lucifer, detracta eſt ad inferos Superbia eius; ſi lapſus celeritatem ſpectes, ut fulgur; ſi altitudinem, ex empyreo in centrum terræ; ſi durationem, nunquam amplius in cœlo locus eius invenietur.

Quamdiu protoplaſti conſervarunt innocentiam, fœlicem certè, & jucundā, in Paradiſi deliciis, degebant vitam: innocentiam vero ſervarunt, quamdiu aſſidui fuerunt cum Deo, & oculis animi eorum ſemper Deus, quaſi præſens obverſabatur. *1.Tim.* 2. Vt Eva cœpit obliviſci Deum ubique præſentem, *Gen.* 3. cum ſerpēte ambulare & colloqui, audire ſibilum anguis potius, quam Dei præceptum, in prævaricatione ſeducta fuit, pręceptum transgreſſa, pomū comedit, & maritum (tum quoque præſentiæ Dei immemorem) in errorem ac fraudem impulit. Lapſus ergo in foveam corruit Adam, quia oculos à Deo tranſtulit in mulierem, quia ex Dei famulo factus eſt uxorius. Quanta & ipſis, & cunctis hominibus hinc Ilias malorum prorupit? quot in uno malo mala? tantum, quia non meminerant præſentiæ Dei, quia Deum videre deſierant, quia aliò lumina declinarant.

Offert uterque filius Evæ Deo munera de labore manuum ſuarum. Deus ad Abel, & ejus munera reſpexit; Cainum cum ſacrificio ſuo deſpexit. Cur primorum germanorum ſors tam diverſa? quoniam Cainus ſe, non Deum reſpiciebat, viliora Deo donabat, meliora ſibi retinebat. Vt à cœlo & Deo ad ſolum & ſeipſum oculos dimiſit, cœpit ſe à Deo alienare, ſe quærere, ſe plus amare, deinde & male ſacri-

ſacrificare, iraſci, & invidere fratri, malo mœrore contabeſcere, Dei monita aſpernari, fratri necem machinari, imò ut victimam ante aras mactare, Deo procaciter cædem commiſſam negare, & ſceleris admiſſi veniam deſperare. Et ut hic primus hominum inferni meruit addici ſuppliciis: ita Abel primus veritatis præconio, juſtus appellatus, primus Virgo, primus Martyr, primus ingredi meruit in Limbum Patrum, &, niſi cœleſtis palatii veſtibulum clauſum fuiſſet, primus cœli Palatinus futurus, primus traditur Deo placuiſſe, cum primus traditur gratum Deo ſacrificium obtuliſſe: quia, ut Joſephus prodidit, in omnibus quæ faciebat, Deum ſibi præſentem reputabat. *Matth. 23.* *Lib. 1. Antiq. c. 4.*

Henoch ab Apoſtolo *vivus translatus Deo placuiſſe* memoratur: quia enim coram, vel *cum Deo*; ut loquitur Moyſes, *ambulavit*, hoc eſt, Deum ſemper animo præſentem habuit, vel præſentem ſibi Deum jugiter recordatus eſt, ideò rectè & inculpatè vivens, Dei voluntati mandatiſq; per omnia obtemperavit, & idcirco Deus illum in Paradiſum tranſtulit: nec paſſus eſt tam fidum & aſſiduum comitem ſuum diutius inter hominum corruptelas degere. Paradiſo Adam pellitur, quòd Deum ante oculos habere deſiiſſet; in Paradiſum Henoch introducitur, quoniam à Dei præſentia oculos non avertit. Quod Scriptura ſacra duos duntaxat prodidit in Paradiſum vivos fuiſſe raptos, Henoch & Eliam, & utrique teſtimonium perhibet continuæ Dei præſentiæ, dum ait, *Henoch ambulaſſe cum Deo*: *Heliam ſtetiſſe ante vultum Dei*; docet in Paradiſum, qui cœli typus eſt, nullos rapi præter eos, qui dum hic degunt in hac Dei præſentia exercentur ſedulò & conſtanter, ſedulitatem ſignificat vox *ambulandi*, conſtantiam verò *ſtandi* vocabulum. *Heb. 11.* *Gen. 5.* *3. Reg. 18. v. 15.*

Digitized by Google

5. Septima generatione Adami in unica familia
Gen.6. Seth nonnullæ probitatis reliquiæ remanſerant, eò quòd Deum verum colebant & iis Deus ante oculos obverſabatur: cæteri mortales Deum nec cogitabant,nec venerabãtur, idcirco iſtam fæcem Deus *carnem* vocabat: ſed illos Sethi poſteros, *filios Dei*,quamdiu, ut coram parente, coram Deo modeſtè & reverenter, & morigere ſe gerebant, appellabat. Caro verò facti, carnem genuerunt, hoc eſt, per carnis concupiſcentiam carnales filios,carnis & appetitus mancipia. Quia enim lumina procul à Deo declinârunt,contempta veri boni pulchritudine, capti ſunt oculis per vani & fucati pulchri quandam ſpeciem. Hinc præcipites iuêre,qui ex tam degeneri concubitu nati, in omne ſcelus, famoſi gigantes, qui mox ſceleribus ſuis diluvium advocaverunt, communem orbis calamitatem, & humani generis internecionem. Etenim univerſalis diluvii cauſa fuit ambulare cum filiabus hominum, videre quod concupiſcere non licebat, & oculos inviſcati, cauſa verò ſalutis & (quo genus humanum reſtauretur) conſervati ſeminis Noëmo juſto atque perfecto fuit, intueri Deum,eius capti pulchritudine,& cum eo ambulare.

6. Poſtquam Patriarcha Abraham minor eſſet uno anno,quàm centenarius, ac fide, ſpe, obedientia, miſericordia, charitate floreret,dicebat ei Deus:
Gen.17. *Ambula*, hoc eſt, vive, *coram me*, (hoc eſt, prout te decet vitam me vidente inſtituere) *& eſto*, hoc eſt, eris, *perfectus*, quaſi diceret, ut fias animo ac virtute centenarius, cogita ſemper me tibi eſſe præſentem: Hæc cogitatio te in futura vita beabit, & in præſenti conſummabit.

7. Tempore legis Moſaicæ omnes Sancti, Dei præſentiæ ſtudioſiſſimi, eam perpetuò meditabantur.
Ier.17. Jeremias de ſe auſus eſt dicere ipſi Deo: *Quod egreſ-*

egreſſum eſt de labiis meis, rectum in conſpectu tuo fuit,
hoc eſt, quidquid locutus ſum, tibi placuit, quia
cogitans te mihi præſentem, nihil protuli, quod
non deceret audire. Eliæ & Eliſei ſolenne hoc erat 8.
jusjurandum: *Vivit Dominus, in cuius conſpectu.* 3 Reg.17. 4 Reg 5.
Tobias filio præcipiebat: *Omnibus diebus vitæ tuæ* 9.
in mente tua habeto Deum. Ezechias Rex ad impe- Tob.4.
trandam vitæ ſuæ prorogationem, hoc uſus eſt ar- 10.
gumento: *Obſecro Domine, memento, quæſo, quomodo* Eſa.38.
ambulaverim (hoc eſt vixerim) *coram te in veritate,*
& in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fe-
cerim. Moyſes toto vitæ tempore hanc Philoſophi- 11.
am excoluit, teſte Apoſtolo, *magis elegit affligi cum* Heb.11.
populo Dei quàm temporalis peccati habere jucundi-
tatem, quia, teſte eodem Paulo, *in remunerationem*
vitæ æternæ reſpexit, & inviſibilem tanquam videns
ſuſtinuit, hoc eſt, Deum, qui oculis corporeis ne-
quit videri, oculis animæ continuò aſpexit, ejus
opem auxiliumque exſpectans. Certus ſe à Deo *Præſentem*
videri, coram vidente cuncta Deo ſemper ambu- *Deum cogi-*
lavit, & hac fretus fide, terrena cuncta conculca- *tare magnã*
vit. Deus bone, quot pericula, quot inſidiæ, quot *præbet ſecu-*
perſecutiones hunc virum aulæ Regis valedicen- *ritatem.*
tem uno agmine invaſerunt! hinc ſpretorũ Ægy-
ptiorum odia circumſtabant, hinc Hebræorum
ingratitudo accuſantium homicidii impetebat, fu-
rebat tyrannus, aulici domino digni furentẽ in-
flammabant, tota Ægyptus in unum caput conſpi-
râràt. Sed animo uni firmus inhærẽs Deo, fortunis
nudatus, fortunæ victor & fictor evaſit. Ereptus *Exod.15.*
perſequentibus, quando Deus *equum & aſcenſorem*
dejecit in mare, cecinit Epicinium Euchariſticum,
& conſtruxit Deo ſanctuarium ſeu Tabernaculũ,
ubi cum Deo quaſi habitaret, ubi continuo Deo ut
præſenti, meditatione, votis, laude, & opere aſſi-
ſteret, nec ab ejus præſentia factis, verbis, animo
unquam recederet. Tanti Moyſes Dei præſentiam

 facie-

Num. 12. faciebat, & idcirco tantopere Deo placuit, ut Deus illum cunctis Prophetis præferret, & cũ illo *de facie ad faciem*, ut amicus cum amico, loqueretur.

13. Legis Evangelicæ tẽpore cultus Sapientiæ hui⁹ multo fuit illuſtrior. Nec enim ultimus, aut minimus iſte fruct⁹ eſt Incarnati Verbi, quod poſſum⁹ jam viſibili ſpecie Deum nobis proponere, cum quo quaſi ore ad os colloquamur, & in cujus oculis nos ambulare cenſeamus. Laudat B. Lucas Zachariam & Elizabeth, quòd ambo fuerint *juſti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela*, hoc eſt, irreprehenſibiles, velut ante Deum incedentes, &c. Et Zacharias non contentus exemplo præjuiſſe, etiam cohortatur nos ad hoc exercitium in myſteriis relato ſuo cantico, *ut ſine timore* (inquiens) *de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſerviamus illi* (Deo) *in ſanctitate & juſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris*, hoc eſt, ſingulis, nullo non vitæ noſtrę diebus.

Quia Joannes Domini Præcurſor ſplendidè patriſſabat, meruit teſtimonium Veritatis illuſtriſſimum, *inter natos mulierum* eo majorem *non* ſurrexiſſe. Fuit tam magnus coram Domino, vel judicio
14. Dei, quia ſemper coram Deo ambulavit. *Si bonæ*
Psal. 122. ac fidæ *ancillæ oculi ſemper* (ut ait David) *ſunt in manibus dominæ ſuæ*, ſemper attendunt & intendunt ad geſtus, nutus, & quasvis ſignificationes dominæ voluntatis: quis credat ſacratiſſimam Dei Genitricem, quæ per Antonomaſiam *Ancilla Domini* dicitur, oculos unquam à Deo avertiſſe? Domin⁹ ſemper erat cum illa, quia illius *oculi ſemper in ma-*
15. *nibus* Domini ſui erant. Apoſtoli omnes ſimillimi
2. Cor. 2. hoc in ſtudio fuerunt B. Paulo, qui in omnium perſona ait: *Sicut ex Deo coram Deo in Chriſto loquimur.* Mens eadem ſemper fuit omnium ſpiritualis ſapientiæ magiſtrorum, Monachorum & Anachore-

choretarum, quorũ *ſemper in cœlis converſatio fuit*, quia mundum calcaverunt, carnem maceraverunt, & ad inveniendam comparãdamq; perfectionem ardentiſſimi, ad retinendam conſtantiſſimi, ad docendam eruditiſſimi fuerunt.

IV. Quia hoc exercitationis genus tam ſeriò per Moyſem Deus Iſraelitis commendans, tot oblationibus ac feſtivitatibus inculcavit. Nam decimas ac primitias vini & frumenti, ut alimentorum homini maximè neceſſariorum, idcircò juſſit ſibi offerri, ut dum aſſueſcerent, alimenti quotidianam partem Deo toties tribuere, nunquam Deum ante memoriæ oculos habere deſinerent. Ideo quoq; ſancivit, ut omne maſculum ter in anno coram Domino Jeroſolymis in templo appareret: in feſto Paſchæ, (quod incidebat in menſem novarum frugum, Martium, anni apud Judæos initium:) in feſto Pentecoſtes (quod incidebat in menſem Majum, æſtatis & anni matureſcentis initium:) in feſto Tabernaculorũ, (quod fuit in calce anni menſe ſeptembris) Perfectus hic numerus ternarius docebat ſemper ipſis coram Deo tota vita eſſe ambulandum. *Exod. 23.34* *Deut. 16.*

Tria hęc anni tempora, tres iſtæ feſtivitates nos commonent, ut aſſiduitatem huius divinæ pręſentiæ animo diligenter foveamus: tum quia triplex illud feſtum totum vitæ noſtræ decurſum, initiũ, medium, finem vitæ repræſentat: tum quia monet nos ſingulis noſtræ vitæ diebus hoc exercitium jugiter renovare, ut manè nos Deo totos offeramus, & id diei decurſu ſæpe recogitemus, & in occaſu diei pro acceptis à Deo beneficiis gratias agẽtes, coram Deo potente & judice juſto nos ipſos ſtrictè diſcutiamus & judicemus.

Hoc unicum exercitiũ Deum à nobis exigere, teſtis locuples eſt Michæas Propheta (cap. 6.) his verbis: *Indicabo tibi (ô homo) quid ſit bonum & quid* Bonum, *hoc*

eſt perfectũ ſeu optimum more Hebræo.

Dominus requirat à te, utique facere judicium & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Tres ſuggerit ad perfectionem grad⁹, ſeipſum judicare, hoc eſt, cognoſcere, opera miſericordiæ exercere, & Deum præſentem ſibi ſtatuere.

II. CONFIRMATIONIS *Locus ab utilitatibus & emolumentis huius exercitii variis.* 1. Nihil magis idoneum ad DEI TIMOREM mentibus noſtris ingenerandum, quàm meditatio Dei nobis jugiter præſentis, quàm cogitare nos proditionis ac perduellionis graviſſimæ reos coram Rege, quem læſimus, adſtare; coram judice rigido, quem nihil culpæ noſtræ fugit ſiſti. Non timet Deum, qui putat abſentem; timet, qui credit præſentem: timet, qui ſcit ſe latere illum non poſſe, illum omnia videre, imò & latebras rimari. Præſentia Dei frænum quoddam eſt, & chomus aptiſſimus ad concupiſcentiæ & carnis equos indomitos compeſcendos. Eſt quaſi pædagogus & moderator quidam laſcivientis appetitus & ingenii: eſt amuſſis, ad quam omnia joca ſeria noſtra dirigamus.

2. Vtile eſt hoc exercitium cùm ad omnes virtutes, tum ad fundamentum reliquarum virtutum HUMILITATEM, quæ naſcitur ex quadam ſui diffidentia, cùm quis inopiam ſuam, & imbecillitatem, & fœditatem recognoſcit: recognoſcit autem hæc omnia, poſtquam Deum quaſi in ſpeculo ſibi præſentem agnoſcit. Ait Tragicus neminẽ ſibi miſerũ videri, licet ſit, donec ſe cum feliciore comparavit. Qui ergo Deum aſpiciens, conſiderat illa omnia, quæ ſunt extra Deum, Dei aſpectu & collatione eſſe minora puncto, pulviſculo viliora; ſe verò cæterarum creaturarũ aſpectu earum minimæ partis quid minimum eſſe, pulviſculi illius nec milleſimam particulã; quantopere neceſſe eſt coram Deo ſe abjiciat & humiliet? quantopere cõfundetur cum Dei puritate conferens ſordes ſuas,

cum

cum Dei juſtitia ſuam iniquitatem, & cum infinitis Dei virtutibus ſua vitia & innumerabiles imperfectiones.

3. D. Baſilius docet hanc aſſiduam præſentiæ divinæ meditationem utilem eſſe ad Dei AMOREM, quia fieri nequit, ut quis eum non diligat, cujus tanta pulchritudine, & bonitate aſſiduè oculis obverſante fruitur. *In Regulis diffusè explicatis. q. 5.*

4. Addit Baſilius, hoc exercitio hominem vehementer accendi, ad omnia Dei mandata fideliter exſequenda: dilectio enim rei juſtæ & perſonæ jubentis perfectæ obedientiæ & fundamentum eſt & cauſſa. Non ibi duræ neceſſitati ſervitur, ubi diligitur quod jubetur. S. Macarius, Magni Antonii diſcipulus, docet eos, qui cogitatione uſque ad Chriſti tribunal aſcendunt, & ubi eſt thronus ejus, perpetuò ſtant in conſpectu illius, perpetuò quoq; ſolicitos eſſe, ne quo modo à ſanctis ejus præceptis aberrent. *Ioan. 14. Si dilig. &c.* *Homi. 15.*

5. Hinc homo valde juvatur, ut non difficulter id velit, quod Deum videt velle, & præ Dei voluntate ſuam omniumq; cæterorum voluntatem facilè contemnat, & proinde nitatur ſoli Deo complacere. Quia omnes nos Deus conduxit, ut in ejus vinea operemur, pro denario diurno, ſi ſemper cogitamus illum adeſſe operis inſpectorem, & exactorem laboris; difficile non eſt opus quodlibet facere, quantitate, qualitate, numero, tempore, quo Deus vult illud perfici.

6. Sic humana judicia facilius contemnemus, non curabimus placere hominibus, ſed Deo, cui ſimul & hominibus placere non poſſumus. Ita natura comparatum videmus, ut quod agas coram multis, vel dicas; ſi inter eos aliquis ſit Princeps, vel vir magnæ auctoritatis cæteri, vulgus & plebecula, dummodò illi vni te probes, non difficilè contemnas cæteris placere. Hinc David: *Narra-* *Magna libertas.*

Vide homo quàm te diuini oculi obſeruent; circumſpiciant, contemplētur. Pſ. 138.

verunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua: hoc eſt, cuncta mihi hominum præ tuis, ô Deus, judicia, nihil eſſe videbantur, niſi, næniæ, nugationes, ineptiæ, & mera mendacia, ideò præ tuis præceptis illa deſpiciebam Et, *Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regũ, & non confundebar*: quia videlicet non curabam illis placere, ſed tibi: non metuebam illis mea improbari, ſed tibi.

7. Poteſt hoc ſtudium animi noſtri PERTURBATIONES ſedare. De utroque enim fonte perturbationum (facultate concupiſcibili, & facultate iraſcibili) hoc exercitio præſentiæ divinæ victoriam poſſumus obtinere. Imò à peccatis revocat, malos metu, bonos pudore & amore, atque ita mundos nos ſervans, Dei quoque amicitiam & familiaritatem nobis conciliat. D. Baſilius docet ad carnis appetitum ſubigendum, imò etiam ad parandam caſtitatem, tuendamque Virginitatem nihil efficacius videri, quàm ſi anima ſemper mente Deum intuens, quaſi ſpeculum divinæ illius munditiæ radios in ſe recipiat, & accendatur, non ad ſervandam duntaxat corporis puritatem, quæ ancillula eſt; ſed etiam ad cuſtodiendam integritatem animæ, quæ Domina & Regina. Idem Sanctus Baſilius iram refrenari poſſe docet hoc argumento. Poteſt miles coram Rege ſuo non iraſci, ob ſolam Regiæ dignitatis eminentiam. Si ergo tantum poteſt modica differentia inter duos eiusdem naturæ, quanto efficacior ad iram continendam fuerit cogitatio ejus, qui certo apud animum ſuum ſtatuat, quod Deum habet inſpectorem, clarius cernentem animi motus, quàm Rex ea, quæ ad faciem expoſita? Solet excitari in nobis quædam quaſi tempeſtas & procella truculenta ab his importuniſſimis ventis, ira & libidine: ſed præſentia nos adſpicientis & alloquentis Dei illuceſcente, nihil adeò turbidum eſt, quod non ſerenetur; nihil

Li. de vera virg. in prin.

In Regulis compendio explicatis q. 127.
S. Bern. ſer. 12. ſuper Pſ. 90.
Angel. præſentia, &c.

adeò

adeò tumidum & exæſtuans, quod nō tranquilletur; quælibet, inquam, animæ concitatio facilè quieſcit.

8. Præſentiam Dei meditari, ut ille eſt ad omnes inſidias nonmodò videndas, ſed etiam evitandas, & evadendas: imò contra omnes hoſtes victoriam tribuit. Sicut enim columbæ in limpidis aquis cernunt umbram accipitris ſuperuolantis, & effugiunt ungues eius: ſic etiam anima Chriſtiana, DEI columba, in ſpeculo limpidiſſimo divinæ præſentiæ, oculo luce CHRISTI illuſtrato, cernit inſidiantem ſibi dæmonem, atque ita fit, ut nequam ille fruſtra *rete* jaciat *ante oculos pennatorum*. Mundus hic totus, ut oſtenſum fuit B. Antonio, laqueis plenus expanſis, quos nemo poteſt evadere, niſi Dei lumen videat, vel Deus ipſum illuminaverit.

S. David aſſerit hos laqueos vitare poſſe illum qui ſuſtinet vel aſpicit Deum. Nam cum dixiſſet: *Ad te levavi animam meam*, &c. q. d. ad te, ô Deus, oculum animæ meæ, mentem cogitationesq; levaui, velut ad ductorem, inter tot laqueos, velut ad defenſorem, contra tot hoſtes; velut ad liberatorem, ex tam gravibus periculis: ad te, in quo fiduciam omnem colloco, qui non deſeris ſperantes in te, certus quòd non confundar, quòd nunquam me ſperaſſe pœnitebit, nullus unquam me ſtultæ ſpei redarguet; nunquam inimici mei prævalebunt, ut jure mihi queant illudere. Addit: *Etenim qui ſuſtinent*)vel adſpiciunt) *te, non confundentur*. Et cum dixiſſet: *Te ſuſtinui tota die*, illud tandem explicat, dicens: *Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos*. Non ſufficit ſi obiter & aliquando Deum præſentem cogites, ne putes præſentem ſolum in templo, cogita præſentem quoq; in thalamo, ſemper inter laqueos verſaris, ſemper ergo in lumen illud vultus divini *Pſal. 24.*

inten-

intendas in eo omnes inſidias, velut in ſpeculo, intueberis, ut nemo à tergo ignarũ poſſit inuadere: ſic enim omne periculum vitari ſignificat David, cum addit: *Evellet de laqueo pedes meos,* q.d. oſtendet, ut declinem; dabit vires ut effugiam & ſi iam incidero, ut confringam. Omnia iſta accumulat Propheta, ut ſciamus hunc adſpectum Dei, ſpem, patientiam, & victoriam eſſe connexa, nec unum ab alio ſeparari: quia nemo vincet hoſtes ſpirituales, niſi patiens ſit; nemo patienter ſuſtinet, niſi ſperet in Deo: nemo firmiter ſperat in Deo, niſi Deum cunctis rebus præſentem cogitet, ac credat. Hæc igitur cogitatio ſpem gignit, ſpes verò patientiam, patientia victoriam conſequitur, victoria coronatur. Hæc cogitatio ſeptem pueros, & eorum

2 Math. 7. matrem crudeliſſimarum excarnificationum & ſæviſſimi tyranni victores reddidit, ut ſingulorum ad tyrannum verba ſatis indicant. Hæc alio tempore tres alios pueros lætos caminum ignis ſubire

Dan 3.13. perpulit, & quartum illis conſolatorem allicuit, *cujus ſpecies erat ſimilis Dei filio.* Hæc animam reddidit

Huc refer illuſtre exẽplum Iudæ Machabæi ex lib. 2. Mach. c. 15.

Suſannæ ad ſuperandas illas anguſtias, quæ undique illam circũſtabant, hinc mors corporis ignominioſa, inde propter flagitium mors animæ prorſus exitialis. Unde nata fortis, & caſta, & digna muliere ſancta meditatio: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* Ex qua conſideratione natum robur animi in judicio jam ingruente morte, cùm *flens adſpexit in cælum. Erat enim cor ejus fiduciam habens in Deum.* Nec fefellit, ſed lapides jam jamq; volitantes in calumniatorum capita detorſit. Heliſeum

4. Reg. 6. Syri capere conabantur, non timebat eos Heliſeus, quia Deum videbat; ſervus eius timebat, quia Deum non videbat. Orat Propheta Deum, ut pueri oculos aperiat, fugit pueri ex animo metus omnis, quia videt in montis circuitu exercitum An-

ge-

Digitized by Google

gelorum. Quid ſi vidiſſet Dominum Angelorum, cui tot parent exercitus, Deum Sabaoth, & totius militiæ cœli præfectum? Rex Ioſaphat cùm probè noſſet, ſe hoſtibus parem non eſſe, ad Deum converſus, inter cætera profert: *Sed cùm ignorem9, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* Dixit, fecit, craſtinus dies illuxit, hoſtes Ammonitæ, Moabitæ, & Idumæi in ſe converſi, mutuis vulnerib9 conciderunt. Si tam certum eſt Dei adjutorium cogitantibus Deum ſibi præſentem, quid eſt felicius hac exercitatione? *2. Par. 20.*

Paphnutius miſeratus interitum animæ Thaidis (quæ fuerat diu ſcortum nobile, magna regionis illius corruptela, peſtis animarum) ſuccenſus igne charitatis, ut eam ad frugem perduceret, admirando utitur ſtrategemate. Ornat ſe militari habitu, Thaidem adit, unum ſe ſimulat adventorum, loci deinde ſecretum ſtipulatur, nolle ſe videri, inducit illa in cubiculum, negat ipſe ſatis arcanum locum, itur in aliud interius, eandem moram objicit, tandem in domus penetrale perducit: En, inquit illa, locum ab omni arbitrio tam remotum, ut præter Deum & dæmonem nemo nos queat oculis auribusve excipere. Exhorruit Paphnutius, vel potius exhorruiſſe ſe ſimulavit: Et quid tu (inquit) inſulſa, temeraria, ſalutis æternæ prodiga, hos duos non vereris, accuſatorem, & judicem! cæteros eſto vilipendas, non illum, qui ream, peragat; & hunc, qui ſupplicia decernat? Iſta mulier dicto redit ad cor, reſipiſcit, & eadem illi cogitatio, quæ mentem mutavit, protervíæ peccandiq; finem attulit. *In vitis Patrum.*

B. Ephræm Syrus, juvenis adhuc, cùm eſſet in cellula, quam ad vicinam aream ſibi conſtruxerat, neſcio quid olerum ſibi ad levem cœnam præparabat. Mulier de vicinia, cui forma, quam pudici- *Metaphr.*

tia

5. Septima generatione Adami in unica familia
Gen.6. Seth nonnullæ probitatis reliquiæ remanſerant, eò quòd Deum verum colebant & iis Deus ante oculos obverſabatur: cæteri mortales Deum nec cogitabant, nec venerabãtur, idcirco iſtam fæcem Deus *carnem* vocabat: ſed illos Sethi poſteros, *filios Dei*, quamdiu, ut coram parente, coram Deo modeſtè & reverenter, & morigere ſe gerebant, appellabat. Caro verò facti, carnem genuerunt, hoc eſt, per carnis concupiſcentiam carnales filios, carnis & appetitus mancipia. Quia enim lumina procul à Deo declinârunt, contempta veri boni pulchritudine, capti ſunt oculis per vani & fucati pulchri quandam ſpeciem. Hinc præcipites iuêre, qui ex tam degeneri concubitu nati, in omne ſcelus, famoſi gigantes, qui mox ſceleribus ſuis diluvium advocaverunt, communem orbis calamitatem, & humani generis internecionem. Etenim univerſalis diluvii cauſa fuit ambulare cum filiabus hominum, videre quod concupiſcere non licebat, & oculos inviſcari, cauſa verò ſalutis & (quo genus humanum reſtauretur) conſervati ſeminis Noëmo juſto atque perfecto fuit, intueri Deum, eius capti pulchritudine, & cum eo ambulare.

6. Poſtquam Patriarcha Abraham minor eſſet uno anno, quàm centenarius, ac fide, ſpe, obedientia, miſericordia, charitate floreret, dicebat ei Deus:
Gen.17. *Ambula*, hoc eſt, vive, *coram me*, (hoc eſt, prout te decet vitam me vidente inſtituere) *& eſto*, hoc eſt, eris, *perfectus*, quaſi diceret, ut fias animo ac virtute centenarius, cogita ſemper me tibi eſſe præſentem: Hæc cogitatio te in futura vita beabit, & in præſenti conſummabit.

7. Tempore legis Moſaicæ omnes Sancti, Dei præſentiæ ſtudioſiſſimi, eam perpetuò meditabantur.
Ier.17. Jeremias de ſe auſus eſt dicere ipſi Deo: *Quod egreſ-*

egreſſum eſt de labiis meis, rectum in conſpectu tuo fuit,
hoc eſt quidquid locutus ſum, tibi placuit, quia
cogitans te mihi præſentem, nihil protuli, quod
non deceret audire. Eliæ & Eliſei ſolenne hoc erat 8.
jusjurandum: *Vivit Dominus, in cuius conſpectu.* 3 *Reg.* 17.
Tobias filio præcipiebat: *Omnibus diebus vitæ tuæ* 4 *Reg* 5.
in mente tua habeto Deum. Ezechias Rex ad impe- 9. *Tob.* 4.
trandam vitæ ſuæ prorogationem, hoc uſus eſt ar- 10.
gumento: *Obſecro Domine, memento, quæſo, quomodo* *Eſa.* 38.
ambulaverim (hoc eſt vixerim) *coram te in veritate,*
& in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fe-
cerim. Moyſes toto vitæ tempore hanc Philoſophi- 11.
am excoluit, teſte Apoſtolo, *magis elegit affligi cum* *Heb.* 11.
populo Dei quàm temporalis peccati habere jucundi-
tatem, quia, teſte eodem Paulo, *in remunerationem*
vitæ æternæ reſpexit, & inviſibilem tanquam videns
ſuſtinuit, hoc eſt, Deum, qui oculis corporeis ne-
quit videri, oculis animæ continuò aſpexit, ejus
opem auxiliumque exſpectans. Certus ſe à Deo *Præſentem*
videri, coram vidente cuncta Deo ſemper ambu- *Deum cogi-*
lavit, & hac fretus fide, terrena cuncta conculca- *tare magnā*
vit. Deus bone, quot pericula, quot inſidiæ, quot *præbet ſecu-*
perſecutiones hunc virum aulæ Regis valedicen- *ritatem.*
tem uno agmine invaſerunt! hinc ſpretorũ Ægy-
ptiorum odia circumſtabant, hinc Hebræorum
ingratitudo accuſantium homicidii impetebat, fu-
rebat tyrannus, aulici domino digni furentē in-
flammabant, tota Ægyptus in unum caput conſpi-
rârat. Sed animo uni firmus inhærēs Deo, fortunis
nudatus, fortunæ victor & fictor evaſit. Ereptus *Exod.* 15.
perſequentibus, quando Deus *equum & aſcenſorem*
dejecit in mare, cecinit Epicinium Euchariſticum,
& conſtruxit Deo ſanctuarium ſeu Tabernaculũ,
ubi cum Deo quaſi habitaret, ubi continuo Deo ut
præſenti, meditatione, votis, laude, & opere aſſi-
ſteret, nec ab ejus præſentia factis, verbis, animo
unquam recederet. Tanti Moyſes Dei præſentiam

Num.12. faciebat, & idcirco tantopere Deo placuit, ut Deus illum cunctis Prophetis præferret, & cũ illo *de facie ad faciem*, ut amicus cum amico, loqueretur.

13. Legis Evangelicæ tẽpore cultus Sapientiæ hujus multo fuit illuſtrior. Nec enim ultimus, aut minimus iſte fructus eſt Incarnati Verbi, quod poſſumus jam viſibili ſpecie Deum nobis proponere, cum quo quaſi ore ad os colloquamur, & in cujus oculis nos ambulare cenſeamus. Laudat B. Lucas Zachariam & Elizabeth, quòd ambo fuerint *juſti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela*, hoc eſt, irreprehenſibiles, velut ante Deum incedentes, &c. Et Zacharias non contentus exemplo præjuiſſe, etiam cohortatur nos ad hoc exercitium in myſteriis referto ſuo cantico, *ut ſine timore* (inquiens) *de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſerviamus illi* (Deo) *in ſanctitate & juſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris*, hoc eſt, ſingulis, nullo non vitæ noſtrę diebus.

Quia Joannes Domini Præcurſor ſplendidè patriſſabat, meruit teſtimonium Veritatis illuſtriſſimum, *inter natos mulierum* eo majorem *non* ſurrexiſſe. Fuit tam magnus coram Domino, vel judicio

14. Dei, quia ſemper coram Deo ambulavit. Si bonæ

Pſal. 122. ac fidæ *ancillæ oculi ſemper* (ut ait David) *ſunt in manibus dominæ ſuæ*, ſemper attendunt & intendunt ad geſtus, nutus, & quasvis ſignificationes dominæ voluntatis: quis credat ſacratiſſimam Dei Genitricem, quæ per Antonomaſiam *Ancilla Domini* dicitur, oculos unquam à Deo avertiſſe? Dominus ſemper erat cum illa, quia illius *oculi ſemper in manibus* Domini ſui erant. Apoſtoli omnes ſimillimi

15. 2. Cor. 2. hoc in ſtudio fuerunt B. Paulo, qui in omnium perſona ait: *Sicut ex Deo coram Deo in Chriſto loquimur.* Mens eadem ſemper fuit omnium ſpiritualis ſapientiæ magiſtrorum, Monachorum & Ana-chore-

choretarum, quorũ *ſemper in cœlis converſatio fuit,* quia mundum calcaverunt, carnem maceraverunt, & ad inveniendam comparãdamq. perfectionem ardentiſſimi, ad retinendam conſtantiſſimi, ad docendam eruditiſſimi fuerunt.

IV. Quia hoc exercitationis genus tam ſeriò per Moyſem Deus Iſraelitis commendans, tot oblationibus ac feſtivitatibus inculcavit. Nam decimas ac primitias vini & frumenti, ut alimentorum homini maximè neceſſariorum, idcircò juſſit ſibi offerri, ut dum aſſueſcerent, alimenti quotidianam partem Deo toties tribuere, nunquam Deum ante memoriæ oculos habere deſinerent. Ideo quoq; ſancivit, ut omne maſculum ter in anno coram Domino Jeroſolymis in templo appareret: in feſto Paſchæ, (quod incidebat in menſem novarum frugum, Martium, anni apud Judæos initium:) in feſto Pentecoſtes (quod incidebat in menſem Majum, æſtatis & anni matureſcentis initium:) in feſto Tabernaculorũ, (quod fuit in calce anni menſe ſeptembris) Perfectus hic numerus ternarius docebat ſemper ipſis coram Deo tota vita eſſe ambulandum. *Exod. 23.34* *Deut. 16.*

Tria hęc anni tempora, tres iſtæ feſtivitates nos commonent, ut aſſiduitatem huius divinæ pręſentiæ animo diligenter foveamus: tum quia triplex illud feſtum totum vitæ noſtræ decurſum, initiũ, medium, finem vitæ repræſentat: tum quia monet nos ſingulis noſtræ vitæ diebus hoc exercitium jugiter renovare, ut manè nos Deo totos offeramus, & id diei decurſu ſæpe recogitemus, & in occaſu diei pro acceptis à Deo beneficiis gratias agẽtes, coram Deo potente & judice juſto nos ipſos ſtrictè diſcutiamus & judicemus.

Hoc unicum exercitiũ Deum à nobis exigere, teſtis locuples eſt Michæas Propheta (cap. 6.) his verbis: *Indicabo tibi (ô homo) quid ſit bonum & quid* **Bonum, hoc**

eſt perfectũ ſeu optimum more Hebrao.

Dominus requirat à te, utique facere judicium & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Tres ſuggerit ad perfectionem grad⁹, ſeipſum judicare, hoc eſt, cognoſcere, opera miſericordiæ exercere, & Deum præſentem ſibi ſtatuere.

II. CONFIRMATIONIS *Locus ab utilitatibus & emolumentis huius exercitii variis.* 1. Nihil magis idoneum ad DEI TIMOREM mentibus noſtris ingenerandum, quàm meditatio Dei nobis jugiter præſentis, quàm cogitare nos proditionis ac perduellionis graviſſimæ reos coram Rege, quem læſimus, adſtare; coram judice rigido, quem nihil culpæ noſtræ fugit ſiſti. Non timet Deum, qui putat abſentem; timet, qui credit præſentem: timet, qui ſcit ſe latere illum non poſſe, illum omnia videre, imò & latebras rimari. Præſentia Dei frænum quoddam eſt, & chomus aptiſſimus ad concupiſcentiæ & carnis equos indomitos compeſcendos. Eſt quaſi pædagogus & moderator quidam laſcivientis appetitus & ingenii: eſt amuſſis, ad quam omnia joca ſeria noſtra dirigamus.

2. Vtile eſt hoc exercitium cùm ad omnes virtutes, tum ad fundamentum reliquarum virtutum HUMILITATEM, quæ naſcitur ex quadam ſui diffidentia, cùm quis inopiam ſuam, & imbecillitatem, & fœditatem recognoſcit; recognoſcit autem hæc omnia, poſtquam Deum quaſi in ſpeculo ſibi præſentem agnoſcit. Ait Tragicus nemině ſibi miſerũ videri, licet ſit, donec ſe cum feliciore comparavit. Qui ergo Deum aſpiciens, conſiderat illa omnia, quæ ſunt extra Deum, Dei aſpectu & collatione eſſe minora puncto, pulviſculo viliora; ſe verò cæterarum creaturarũ aſpectu earum minimæ partis quid minimum eſſe, pulviſculi illius nec milleſimam particulã; quantopere neceſſe eſt coram Deo ſe abjiciat & humiliet? quantopere cõfundetur cum Dei puritate conferens ſordes ſuas,

cum

cum Dei juſtitia ſuam iniquitatem,& cum infinitis Dei virtutibus ſua vitia & innumerabiles imperfectiones.

3. D.Baſilius docet hanc aſſiduam præſentiæ divinæ meditationem utilem eſſe ad Dei AMOREM, quia fieri nequit,ut quis eum non diligat, cujus tanta pulchritudine, & bonitate aſſiduè oculis obverſante fruitur. *In Regulis diffuſè explicatis. q. 5.*

4. Addit Baſilius, hoc exercitio hominem vehementer accendi, ad omnia Dei mandata fideliter exſequenda: dilectio enim rei juſtæ & perſonæ jubentis perfectæ obedientiæ & fundamentum eſt & cauſſa. Non ibi duræ neceſſitati ſervitur,ubi diligitur quod jubetur. S. Macarius, Magni Antonii diſcipulus, docet eos, qui cogitatione uſque ad Chriſti tribunal aſcendunt, & ubi eſt thronus ejus, perpetuò ſtant in conſpectu illius, perpetuò quoq; ſolicitos eſſe, ne quo modo à ſanctis ejus præceptis aberrent. *Ioan.14. Si dilig.&c.* *Homi.15.*

5. Hinc homo valde juvatur, ut non difficulter id velit,quod Deum videt velle,& præ Dei voluntate ſuam omniumq; cæterorum voluntatem facilè contemnat, & proinde nitatur ſoli Deo complacere. Quia omnes nos Deus conduxit,ut in ejus vinea operemur,pro denario diurno, ſi ſemper cogitamus illum adeſſe operis inſpectorem,& exactorem laboris; difficile non eſt opus quodlibet facere,quantitate, qualitate, numero,tempore, quo Deus vult illud perfici.

6. Sic humana judicia facilius contemnemus, non curabimus placere hominibus, ſed Deo, cui ſimul & hominibus placere non poſſumus. Ita natura comparatum videmus, ut quod agas coram multis,vel dicas; ſi inter eos aliquis ſit Princeps, vel vir magnæ auctoritatis cæteri, vulgus & plebecula, dummodò illi uni te probes, non difficilè contemnas cæteris placere. Hinc David; *Narra-* *Magna libertas.*

Vide homo quàm te divini oculi obſervent; circumſpiciant, contemplẽtur. Pſ. 138.

verunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua: hoc eſt, cuncta mihi hominum præ tuis, ô Deus, judicia, nihil eſſe videbantur, niſi, næniæ, nugationes, ineptiæ, & mera mendacia, ideò præ tuis præceptis illa deſpiciebam. Et, *Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regũ, & non confundebar*: quia videlicet non curabam illis placere, ſed tibi: non metuebam illis mea improbari, ſed tibi.

Li. de vera virg. in prin.

In Regulis compendio explicatis q. 127. S. Bern. ſer. 12. ſuper Pſ. 90. Angel. præſentia, &c.

7. Poteſt hoc ſtudium animi noſtri PERTURBATIONES ſedare. De utroque enim fonte perturbationum (facultate concupiſcibili, & facultate iraſcibili) hoc exercitio præſentiæ divinæ victoriam poſſumus obtinere. Imò à peccatis revocat, malos metu, bonos pudore & amore, atque ita mundos nos ſervans, Dei quoque amicitiam & familiaritatem nobis conciliat. D. Baſilius docet ad carnis appetitum ſubigendum, imò etiam ad parandam caſtitatem, tuendamque Virginitatem nihil efficacius videri, quàm ſi anima ſemper mente Deum intuens, quaſi ſpeculum divinæ illius munditiæ radios in ſe recipiat, & accendatur, non ad ſervandam duntaxat corporis puritatem, quæ ancillula eſt; ſed etiam ad cuſtodiendam integritatem animæ, quæ Domina & Regina. Idem Sanctus Baſilius iram refrenari poſſe docet hoc argumento. Poteſt miles coram Rege ſuo non iraſci, ob ſolam Regiæ dignitatis eminentiam. Si ergo tantum poteſt modica differentia inter duos ejusdem naturæ, quanto efficacior ad iram continendam fuerit cogitatio ejus, qui certo apud animum ſuum ſtatuat, quod Deum habet inſpectorem, clarius cernentem animi motus, quàm Rex ea, quæ ad faciem expoſita? Solet excitari in nobis quædam quaſi tempeſtas & procella truculenta ab his importuniſſimis ventis, ira & libidine: ſed præſentia nos adſpiciẽtis & alloquentis Dei illuceſcente, nihil adeò turbidum eſt, quod non ſerenetur; nihil

adeò

adeò tumidum & exæſtuans, quod nō tranquilletur; quælibet, inquam, animæ concitatio facilè quieſcit.

8. Præſentiam Dei meditari, ut ille eſt ad omnes inſidias nonmodò videndas, ſed etiam evitandas, & evadendas: imò contra omnes hoſtes victoriam tribuit. Sicut enim columbæ in limpidis aquis cernunt umbram accipitris ſuperuolantis; & effugiunt ungues eius: ſic etiam anima Chriſtiana, DEI columba, in ſpeculo limpidiſſimo divinæ præſentiæ, oculo luce CHRISTI illuſtrato, cernit inſidiantem ſibi dæmonem, atque ita fit, ut nequam ille fruſtra *rete* jaciat *ante oculos pennatorum*. Mundus hic totus, ut oſtenſum fuit B. Antonio, laqueis plenus expanſis, quos nemo poteſt evadere, niſi Dei lumen videat, vel Deus ipſum illuminaverit.

S. David aſſerit hos laqueos vitare poſſe illum qui ſuſtinet vel aſpicit Deum. Nam cum dixiſſet: *Ad te levavi animam meam*, &c. q. d. ad te, ô Deus, oculum animæ meæ, mentem cogitationesq; levaui, velut ad ductorem, inter tot laqueos, velut ad defenſorem, contra tot hoſtes; velut ad liberatorem, ex tam gravibus periculis: ad te, in quo fiduciam omnem colloco, qui non deſeris ſperantes in te, certus quòd non confundar, quòd nunquam me ſperaſſe pœnitebit, nullus unquam me ſtultæ ſpei redarguet; nunquam inimici mei prævalebunt, ut jure mihi queant illudere. Addit: *Etenim qui ſuſtinent*)vel adſpiciunt) *te, non confundentur*. Et cum dixiſſet: *Te ſuſtinui tota die*, illud tandem explicat, dicens: *Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos*. Non ſufficit ſi obiter & aliquando Deum præſentem cogites, ne putes præſentem ſolum in templo, cogita præſentem quoq; in thalamo, ſemper inter laqueos verſaris, ſemper ergo in lumen illud vultus divini *Pſal. 24.*

inten-

intendas in eo omnes inſidias, velut in ſpeculo, intueberis, ut nemo à tergo ignarū poſſit inuadere: ſic enim omne periculum vitari ſignificat David, cum addit: *Evellet de laqueo pedes meos*, q.d. oſtendet, ut declinem; dabit vires ut effugiam & ſi iam incidero, ut confringam. Omnia iſta accumulat Propheta, ut ſciamus hunc adſpectum Dei, ſpem, patientiam, & victoriam eſſe connexa, nec unum ab alio ſeparari; quia nemo vincet hoſtes ſpirituales, niſi patiens ſit; nemo patienter ſuſtinet, niſi ſperet in Deo: nemo firmiter ſperat in Deo, niſi Deum cunctis rebus præſentem cogitet, ac credat. Hæc igitur cogitatio ſpem gignit, ſpes verò patientiam, patientia victoriam conſequitur, victoria coronatur. Hæc cogitatio ſeptem pueros, & eorum

2 *Math.* 7. matrem crudeliſſimarum excarnificationum & ſæviſſimi tyranni victores reddidit, ut ſingulorum ad tyrannum verba ſatis indicant. Hæc alio tempore tres alios pueros lætos caminum ignis ſubire

Dan 3.13. perpulit, & quartum illis conſolatorem allicuit, *cujus ſpecies erat ſimilis Dei filio*. Hæc animam reddidit

Huc refer illuſtre exēplum Iudæ Machabæi ex lib. 2. Mach. c. 15. Suſannæ ad ſuperandas illas anguſtias, quæ undique illam circūſtabant, hinc mors corporis ignominioſa, inde propter flagitium mors animæ prorſus exitialis. Unde nata fortis, & caſta, & digna muliere ſancta meditatio: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini*. Ex qua conſideratione natum robur animi in judicio jam ingruente morte, cùm *flens adſpexit in cælum. Erat enim cor ejus fiduciam habens in Deum*. Nec fefellit, ſed lapides jam jamq; volitantes in calumniatorum capita detorſit. Heliſeum

4. *Reg.* 6. Syri capere conabantur, non timebat eos Heliſeus, quia Deum videbat; ſervus eius timebat, quia Deum non videbat. Orat Propheta Deum, ut pueri oculos apetiat, fugit pueri ex animo metus omnis, quia videt in montis circuitu exercitum Ange-

ge-

gelorum. Quid ſi vidiſſet Dominum Angelorum, cui tot parent exercitus, Deum Sabaoth, & totius militiæ cœli præfectum? Rex Ioſaphat cùm probè noſſet, ſe hoſtibus parem non eſſe, ad Deum converſus, inter cætera profert: *Sed cùm ignoremꝰ, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te.* Dixit, fecit, craſtinus dies illuxit, hoſtes Ammonitæ, Moabitæ, & Idumæi in ſe converſi, mutuis vulnerib⁹ conciderunt. Si tam certum eſt Dei adjutorium cogitantibus Deum ſibi præſentem, quid eſt felicius hac exercitatione? *2.Par. 20.*

Paphnutius miſeratus interitum animæ Thaidis (quæ fuerat diu ſcortum nobile, magna regionis illius corruptela, peſtis animarum) ſuccenſus igne charitatis, ut eam ad frugem perduceret, admirando utitur ſtrategemate. Ornat ſe militari habitu, Thaidem adit, unum ſe ſimulat adventorum, loci deinde ſecretum ſtipulatur, nolle ſe videri, inducit illa in cubiculum, negat ipſe ſatis arcanum locum, itur in aliud interius, eandem moram objicit, tandem in domus penetrale perducit: En, inquit illa, locum ab omni arbitrio tam remotum, ut præter Deum & dæmonem nemo nos queat oculis auribusve excipere. Exhortuit Paphnutius, vel potius exhorruiſſe ſe ſimulavit: Et quid tu (inquit) inſulſa, temeraria, ſalutis æternæ prodiga, hos duos non vereris, accuſatorem, & judicem! cæteros eſto vilipendas, non illum, qui ream, peragat; & hunc, qui ſupplicia decernat? Iſta mulier dicto redit ad cor, reſipiſcit, & eadem illi cogitatio, quæ mentem mutavit, protervıæ peccandiq; finem attulit. *In vitis Patrum.*

B. Ephræm Syrus, juvenis adhuc, cùm eſſet in cellula, quam ad vicinam aream ſibi conſtruxerat, neſcio quid olerum ſibi ad levem cœnam præparabat. Mulier de vicinia, cui forma, quam pudicitia *Metaphr.*

tia

tia melior erat, adoleſcentis potiendi cupida per feneſtram introſpexit, & laſcivè, nunquid pulmétarii condimenti deeſſet, quæſivit. Ille voce agnita, oculis in terram demiſſis; deeſt vero (inquit) non parum, calx nempe & quinque lapides lateresve, quibus feneſtram obturem. Illa procacior: Ergo inſoleſcis, quòd prior te compellarim? Scito tamen me certam obtinendi adveniſſe, nec deſtituram, donec perficiam quod ſtatui. Ephræm: Non alibi conſentiam quàm ſi Cynicè in ipſo Edeſſano foro. Hoc verò (mulier ait) nimis probroſum & inverecundum foret, nec quidem coram hominibus ſtultiſſimam verò te mulierum (refert juvenis) quæ hominum conſpectum vereris, & non beatarum mentium & Regis Angelorum. Altius hoc dictum in cor mulieris deſcendit, cadit in genua, veniam petit. Conſiliis & monitis roborata, eam poſtea vitam egit, quàm Thais illa Paphnutii, quam Pelagia Nonni, quam Chriſti Magdalena.

Sanctus Ambroſ. ſerm. 1. in Pſalm. 118. copiosè & ſapienter invehitur in eum, qui exiſtimabat impunè ſe poſſe fornicari, ſi nullus adſit. Putas ait, te ſolum eſſe cùm fornicaris, & non recordaris, quia oculi Domini vident orbem terrarum? adeſt Pater, adeſt & Filius, adſunt Angeli miniſtri, adſunt Cherubim & Seraphim, &c. Et: Putas quòd in lupanari Chriſtus te non videat, quem videt lupanar ingredientem? Putas quòd in adulterio te non depræhendat, quem videt adulteriũ cogitantem? &c. Et: Videt diabolus, qui tecum introivit, imò qui te introduxit, vident miniſtri ejus, &c.

Rectè igitur Divus Antonius Aegyptius, unicum ad vincendos dæmones remedium eſſe affirmabat, continuam Dei memoriam ſpirituali lætitia commiſtam: hanc enim cunctos dæmonum laque-

laqueos conſtringere, inſultus coërcere, & machinationes fumi inſtar diſflare. Cùm ergo hæc ſpiritualis lætitia ſemper hanc memoriam Dei comitetur, illud profectò conficitur, optimam hanc eſſe contra ſpirituales nequitias panopliam, & ſcutum quoddam validiſſimum, repellens omnia, vel ignea tela nequiſſimi.

S. Macarius, hujus magni Antonii diſcipulus ſcribit. Sicut Sacramenta in ignem projecta ignis activitati nequeunt reſiſtere: ſed ſtatim exuruntur: ſic dæmones homini inſidiantes, uri & abſumi igne divinæ lucis, modò ſemper Deo totus homo adhæreſcat, hoc eſt, Deum quaſi præſentem ſemper contempletur.

Hom. 42. Præſentia Dei dæmones urit, ut flammis ſarmenta exuruntur. Hiſtoria Lauſia, c. 92.

Diocles (auctore Palladio) dicebat, animam, quæ à Deo ſe cogitatione ſeparat, confeſtim in beſtiam vel dæmonem, non naturæ eſſentia, ſed morum imitatione commutare. Statim enim vinci â carnis concupiſcentia, atq; ita beſtiæ fieri ſimilē; aut à tentatione ſpirituali invidiæ, iræ, vel ſuperbiæ vinci, & dœmoni aſſimilari. Quapropter oportet nos, quavis tentatione ingruente, ſtatim ad hunc clypeum confugere, & eius ſplendore hoſtē cæcare. Celebratur meritò illud Gregorii Magni: Cor memoria Dei occupatum non poſſe dæmonis imperio parere: & illud magni Caſſidori: Qui ſemper mentis oculum in Deum habet defixum, ſe ad peccatum non demittit.

9. Hæc continua meditatio præſentiæ Dei mirificè auget, & conſervat conſtantiam, vires magnas indit animo, audaciam, ſpem, animi robur invictum, & quandam cordis firmitatem ſtabilitatemq; ingenerat. Sicut res, quæ in centro ſuo quietæ manerent, à centro remotæ nequeunt conquieſcere, & locum illum ſibi naturalem ſemper appetunt: ſic homo ad Dei ſimilitudinem & imaginem creatus, ut in hac vitæ peregrinatione

Deo per amorem & contemplationem unitus inhæreret, nequit extra Deum, qui eius centrum eſt, conquieſcere: quò verò longius per peccatum ſe avertens, à Deo recedit, & quo diuturnius Dei obliviſcitur, hoc eum neceſſe eſt magis eſſe vagũ & irrequietum, & corde diviſum. Cùm enim cor hominis otioſum eſſe nequeat, neceſſariò fit, ut qui à Deo cogitationem avertunt, ad creaturas varias & vanas cogitatu convertantur, & modò hoc, modò illud concupiſcant, nec unquam ſibi ſatisfaciant. Ut verò anchoris jactis nautæ navim firmant; ſic nos oportet, divinæ præſentiæ firma cogitatione vagantem animum; & huc illuc
Pſal. 41. fluctuantem voluntatem religare. Hinc David: *Iacta ſuper Dominum cogitatum tuum*, hoc eſt, cogitationum tuarum anchoram in firmo ac ſolido divinæ præſentiæ littore defige. Quo longius à Deo recedimus, eò efficimur inſtabiliores, quia propius tunc accedimus ad creaturas, in quibus eſt *vanitas vanitatum*: quò propius ad Deum accedim⁹, hoc firmius ſtabilimur, quia Deus eſt ſtabilimentum & centrum noſtrum, eſt compagis hujus ac domus fundamentum: quare in ejus præſentia conſtanter nos permanere oportet. *Homo ſanctus* (ait Sapientia) *in ſapientia manet, ſicut Sol: nam ſtul-*
Eccl. 27. *tus, ut luna mutatur.* Senſus eſt: Sicut Sol conſtanter lumen ſuum retinet, quia illud non emendicat foris, ſed habet in ſeipſo: ſic vir ſanctus, cogitans & timens Deum ſplendorem ſapientiæ, quo illius mens reſplendet, dictis factiſque omnibus, conſtanter retinet? quoniam inhæret Deo, qui vera & æterna eſt ſapientia. Sicut autem lunæ lumen inconſtantia mira modò minuitur, modò augetur; ſic homo impius & immemor Dei per varios caſus & rerum diverſas occaſiones, nunc huc, nunc illuc rapitur, ita ut ſibi ipſi non conſentiat, ſed plerumque ſecum pugnet: quia lumen Sapien-

tiæ de humana cæcitate acceerſit, ſeq; à veri luminis fonte clariſſimo, Deo, ſegregat, longius longiusq; animo ab ejus præſentia recedens.

Cui Deus præſens eſt, ſtet ille licet in mediis fluctibus irati maris, pectore forti procellas excipiet: allatret caro: mundus circumſtrepat; diabolus frendeat, fremat, diriſſima minetur, non eſt quod expaveſcat, *impavidum ferient ruinæ*, victor emerget: & ut *cautes Marpeſia*, inanes aquæ minas deſpiciet. Ita Iobus, Ita David fecerunt. Deum Job alloquens ajebat: *Pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me*, provocat, inſultat, exprobrat caſtris inimicorum Dei: veniat qui volet, prodeant gigantes, duello provoco. David autem: *Et ſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*, q.d. etſi in ſummo verſarer vitæ diſcrimine, etſi me jam noctis illius æternæ nigror horridus undique involueret, & mors jam aurem vellens tam propinqua foret, quàm eſt umbra corpori, ſecurus ſola Dei fretus præſentia, contemnerem illa omnia. Certiſſimè cognovi, quòd in hac præſentia tutiſſimum refugium, validiſſimumque præſidium habeam. Verè tu, ô David, hoc noveras, qui etiam copiam bonorum iis repoſitam noveras, qui Dei præſentiam ſedulò requirerent, idcirco enim canis alio loco: *Divites eguerunt, & eſurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* Ecce divites ſæculi, quantumvis inſtar leonum (nam Hebraicè eſt, leones depauperrati ſunt) omnia diripiant, corrodant, congerant, & devorare conentur; attamen collati cum iis, qui Dei præſentiam quærunt, egeni ſunt, & Iro pauperiores: iſtis verò nulla adeſt inopia, abundant copiis omnibus. Nam in iis adimpletur Chriſti infallibilis promiſſio: *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia* (omnes res ad

Iob.17.

Pſalm.22.

Pſalm.33.

Matth. 6. vitam neceſſariæ) *adjicientur vobis.* Si quærentibus ipſum Dei regnum (ut præmium) omnia cætera adjicientur, quanto id potius, certius, & citius credendum eſt de illis: qui ipſum Deum nudè & ſimpliciter, immemores ſui, inquirunt.

Pſalm. 104. Meritò igitur idem Propheta nos tam inſtanter urget: *Lætetur cor*, quærentium Dominum. *Quærite Dominum, & confirmamini. Quærite faciem eius ſemper.* q. d. durate in hoc ſtudio, ſemper ejus fauore & auxilio indigetis, ſemper Dominus veſter eſt, ſemper ergo à nutu, & proinde ab intuitu ejus pendete. Eſtote forti & perſeveranti animo in quærendo Dei faciem, hoc eſt, Dei præſentiam (ut exponit B. Auguſtinus) Dei à quo vobis omne robur manat (ut exponit Apollinarius,) quia præſentia in ſacris literis ſolet ſignificare fauorem, auxilium, præſidium.

10. Qui ſedulus eſt ut coram Deo ambulet, is etiam à Deo facilè quæ vult (ſi juſta velit) impetrat, ut ab amico, & delictorum præteritorum veniam conſequitur, & Dei ſcuto protegitur, peculiarique cura atque ſolicitudine tutus præſtatur.

Eſt enim hæc exercitatio unicum, & eximium medium, quo tanquam per canalem quendam aureum pretioſa Dei chariſmata in nos derivamus. Etenim Deus eſt fons immenſæ bonitatis iugiter ſe copioſius effundens: ſed ut liquor in animos omnium influat, vult Deus homines ad ſe propius accedere, & fluenta gratiæ ſuæ de ubere quaſi ore exſugere, & corde excipere. Nonne David dicebat: *Accedite ad Dominum, & illuminamini, & facies veſtra non confundentur*; q. d. quandiu acceditis, vultus veſtri in diverſa non amplius mutabuntur, conſtans erit lætitia veſtra.

III. Con-

III. CONFIRMATIONIS *Locus ſit facilitas huius exercitij.*

Non eſt cur quiſpiam difficultatem hic ullam reformidet. Nam non poteſt nobis eſſe difficile id intueri, quod ubique ad manum eſt, & cuius aſpectum, ſi modò velimus, nihil eſt, quod nobis queat eripere. Ieremiæ ore dixit Dominus: *Nunquid non cælum & terram ego impleo?* Quam facile eſt lucem intueri, tam facile Deum tibi præſentem proponere: ſicut eius vel ſplendor, vel calor penetrat omnia, ſic Dei præſentia & cognitio cuncta pervadit. Si, inquit Sanct. Ambroſius, radius Solis fundit lumen ſuum ſuper omnem terram, & in ea, quæ clauſa ſunt, ſe inſerit, nec vectibus ferreis, aut gravibus valuarum obicibus, quò minus penetret, impeditur: quomodo nō poteſt intelligibilis Dei ſplendor, in cogitationes hominum & corda ſemet (quæ ipſe creavit) inſerere?

Ierem. 23.

Lib. de Offi. c. 14. Sol. vi caloris etiā abdita & interiora terrarum penetrat.

Nihil adeò denſum, ſolidum, opacum, continuum, quod Deum queat excludere. Ut animabus, & glorioſis corporibus cuncta, ſaxorum quoque durities ſunt pervia: ſic Deo cuncta ſunt penetrabilia, qui cunctis rebus illud ipſum tribuit, quo aſpiciuntur à nobis & præclara eſſe judicantur. Terram vides? in terra Deum altorem cunctorum vides. Mare cernis? in mari Deum cunctorum parentem cernis. Aërem ſentis? hic ipſum tibi, quo ſpiras, vitæ datorem & halitus conſervatorem repræſentat. Ad cælum oculos attollis? domus illic eſt Dei, ibi degit, ibi tibi ſecum futuram manſionem præparavit. Hominem adſpicis? Dei ſimilitudinem & imaginem adſpicis. Quid ergo facilius, quam Deum cernere ut præſentem, quem ſingulæ ſuo modo tibi exhibent creaturæ.

Non ſolùm Deus per innumera dona ſua ſe ſemper oculis ingerit; ſed etiam videtur mihi difficillimum, imò ἀδύνατον, longo tempore Deum animo præſentem non videre. Poteſne Solem non videre? oculos claude: diu clauſos tenere nonne difficile admodum, nonne moleſtum, nonne miſerum? Difficilimum ergo fuerit perſuadere ſibi diu Deum non eſſe præſentem.

IV. Confirmationis *Locus à jucunditate huius exercitij.*

Voluptas, quæ ex Dei præſentia intellecta hauritur, omnium maxima eſt, & evidentiſſima.

1. Quia cum Deum tibi præſentem conſtituis, omnium ſenſuum delectatio concurrit: ſimul, inquam, vides, audis, tangis, guſtas, odoraris. Ideò ſolet ea Pſalmiſta conjungere: *Guſtate & videte quoniam ſuavis eſt Dominus*, hoc eſt, cùm videbitis, ſimul guſtabitis ineffabilem illam ſuavitatem in dulcedinis fonte. Quanta voluptas eſt huius viſionis, quæ una deſiderium cunctorum ſimul ſenſuum poteſt explere? maximè cùm voluptas ſpiritualis, quæ oculis intellingentiæ percipitur, ſit acrior; quàm corporalis; & voluptas viſus ſit acrior & penetrantior, quàm aliorum ſenſuum, quia ſenſus functio cæteris ſenſuum functionibus eſt ſpiritualior, ſubtilior, &, ut Scholaſtici dicunt, activior.

Pſalm. 38.

2. Quin objectum huius ſpiritualis viſionis ſuaviſſimum eſt: cùm enim Dei pulchritudo, ſuavitas, juſtitia, clementia, ſapientia, cæteræque dotes ſunt quidam fontes perennes omnium iſtorum, quæ in rebus creatis placent, & ſunt infinitæ perfectionis, ſequitur, dulcedinis earum ex parte Dei modum eſſe nullum; ex parte noſtra, quantum quiſque capit, & cupit, & qui unumquemque expleat: ſi cor exigua charitate dilatatum ſit, exiguum: ſi vaſtum & amplum amore, tale quoq; quod

Senſuum voluptas obiecti pulchritudinem & bonitatē capit incrementum

ab eo

ab eo percipitur fore. Deo nihil pulchrius, nihil jucundius, quàm Deum videre. nihil concinnius; nam omnem harmoniam ſuperat illa intelligibilis ſimplicitas: nihil ergo ſuavius audire, quàm Deum; nihil Deo dulcius, nihil lenius, nihil fragrantius? nihil ergo eſt, quòd quis meritò malit olfacere, tangere, guſtare. Sic omnem animæ ſenſum præſentia Dei ſummopere delectat. Dici ſolet: Oculus domini ſaginat equum, ſed Dei præſentia optimius animam ſaginat. Conſiderate domeſticum animal canem, quanta abſente hero triſtitia moleſtetur, quanta ſubitò geſtiat lætitia eo revertente. Solis exortu & præſentia orbis totus, tellus, aër, cælum quaſi rident & amœnantur. Eodem modo humanus animus afficitur. Solis juſtitiæ exortu in corde. Si quis in maris tempeſtate nigrante cœlo, cùm non una nox eſt, ſed denſa tenebras obruit caligo; cùm in aſtra pontus tollitur, & cælum petit; cum omni luce ſubducta cælum fretumq; miſcentur ſævum ſævientibus undis: ſi quis, inquam, nautarum ſubitò lumen aliquod albi ſideris micare videat, bonam confeſtim vitandi naufragii ſpem capit: imò in hujusmodi nocturnis naufragiis etiam iucunda lux eſſe ſolet, quæ noxia eſt ac periculoſa: Quanto dulcius & optatius nobis eſſe lumē deberet, clarum iſtud, amœnum, & omni malo liberans, præſentia divina? Quàm jucundum eſt recogitare in hac miſeriarum ſentina, tot inſidiis, tot periculis nobis undique obſeſſis, Deum adeſſe auxiliatorem ſoſpitatoremque? Deum animo cernere nobis præſentem, faventemque? Non arbitror ullam adeò moleſtam, adeò ærumnoſam eſſe poſſe calamitatem aut difficultatem, quàm iſta cogitatio non leniat, non mitiget non dulcoret. B. Antonio quondam in ſpirituali conflictu, quo & ipſe vapulando, & dæmones eum

Præſentia Dei cogitata omnem animi moleſtiam diſcutit.

diriſſimè verberando pariter defatigati fuerunt, hoc unum angori & dolori fuit, quòd Deum ſibi præſentem non cerneret, non ſentiret. Nam mox ut ei poſtea Dominus apparuit, & duelli ſe ſpectatorem fuiſſe profeſſus eſt, omnis mœror, omnis dolor receſſerunt, & animi vires cumulatiores re-

2 Mach. c. 15 Machabæorũ victoria.

dierunt. Non abſimile eſt, quod ſacer narrat hiſtoricus. Nicanor, & qui cum eo erant, fidebant elephantis, quadrigis, equiti, pediti, & ferociæ animorum; Judas Machabæus, & qui cum ipſo erant, in ſolo Deo Sabaoth præſente confidebant: clangebant illi recurvo ære in auribus hominum, iſti orationis feruore Dei ſolium ſollicitabant. Quid conſecutum? manu quidem pugnantes Aſſamonæi, ſed Dominum cordibus orantes, proſtraverunt non minus triginta quinque millia, præſentia Dei magnificè delectati. Hæc enim faciebat, ut ſitis, ardor, pulvis, vulnera, laſſitudo, mortis pericula melle dulciora illis viderentur.

Vicerunt, quia Deum oratione ſibi fecerãt præſentem. Poſſumus, licet aliis negotiis diſtineamur, interea Deum animo præſentem proponere.

3. Quia hæc voluptas caret iis, quæ minuere ſolent, & ſolidam eſſe non ſinunt lætitiam, quæ ex creaturis percipitur: Deus enim nunquam à te refugiet, nec tergum præbebit, niſi lethali offenſus peccato, neque hujus voluptatis ſatietas te capiet unquam: Non eſt quod timeas faſtidium ex copia: ſẽper enim in Dei viſione aliqua nova perfectio ſe offert, quam ſemper gaudeas de novo amando & intelligendo te poſſidere; & ſtatim & alia ſeſe oſtentat, quam æquè concupiſcas, & deſideres perfrui. Denique cum creatarum rerum voluptas ſit finita, non poteſt tollere omnes mœroris & triſtitiæ noſtræ cauſas; at nulla eſt indigentia, nulla afflictio, nulla bona ſitis, quam Dei præſentia tibi nequeat ſatiare, remouere, & ditare. Sufficit una cunctis neceſſitatibus. Eges doctrina? aderit tibi

verus

verus doctor, vera ſapientia. Deſunt vitæ neceſſaria? adeſt tibi à dextris, qui unus tibi erit omnia, à quo uno ſunt omnia. Hinc Rex & Propheta hymnographus, poſtquam dixiſſet: *Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper:* q. d. omnia omni tempore dicta, facta, cogitata mea in Deum referebã, ut in ſcopum, quòd ſcirem ab illo cælum & terram impleri: *providebam*, illum mihi præſentem, non ut otioſum mei ſpectatorem: ſed ut agonothetam, ut ſymmachum, ut ducem, ut directorem, ut defenſorem, ut ſpem deſperantium, ut triſtium conſolatorem, ut vindicem oppreſſorum) Subdit: *Quoniam à dextris eſt mihi* (hoc eſt, auxilium mihi præbet, & me defendit) *ne commovear. Propter hoc lætatum eſt cor meũ & exultavit lingua mea*, hoc eſt, tanto perfuſus ſum gaudio, ut cor illud capere non poſſit, & ideo quam cor capere non poterat abundantiam in exteriora membra effudit, tam copioſo impetu & vehementi, ut quæ cœlo deſcenderat lætitia ſummum caput peteret, & linguæ plectrũ impellenti & ore tandem erumpens, hymnis & canticis eam reſtaretur, & in cælum usq; alis deſiderii & orationis evolaret. *Pſalm. 15.* *Sic alis deſiderij & orationis in cælum usq; evolat.*

Pſalm. 14. Oculi mei ſemper ad Dominum, (*ſicut diriguntur oculi nautarum ad cynoſuram.*) *Sanct. Gregorius Agrigentinus dicebat, ſe quæcunque ipſum poſſent affligere haud difficulter ſolitum repellere continua quam ante oculos haberet, Dei præſentia*, 4. Quia cogitatio iſta divinæ præſentiæ quædam eſt quaſi prægustatio ſeu veſtibulum æternæ beatitudinis, cuius tanta eſt efficacitas ut ſi totum mare plenum abſinthio foret, una divinæ præſentiæ guttula totum illud mellis dulcedine poſſet imbuere. Perfecta & conſummata beatitudo vitæ alterius in Dei clara viſione conſiſtit. Sed qualem in hac vita poſſu-

mus habere beatitatem imperfectam illam, etiam Ariſtoteles in Dei contemplatione collocabat, quæ illius perfectæ viſionis quædam adumbratio & inchoamentum eſt. Regina Saba Salomoni dicebat: *Beati viri tui, & beati ſervi tui hi, qui ſtant coram te ſemper*: quanto beatiores, qui juges in hoc exercitio ſtant omni tempore coram meliore Solomone, coram Regum Rege? S. Climacus gradu ultimo ſcribit: Beatos nos fore, ſi ſic coram Deo perſtemus in oratione, ſicut aulici perſtant coram rege ſuo. Quomodo illi perſtant? ſemper quidem compoſiti, caventesque, ne quid in veſtitu, geſtu, motu, verbis, Principi diſpliceat, interdum timide illi loquentes, interdum auidè audientes, interdum duntaxat præſentem adſpicientes, & à nutu eius dependentes.

Lib. 1. & 10. Ethic.

V. *à neceſſario.* Niſi juge ac perpetuum ſit hoc exercitium, cæterarum virtutum opera flacceſcant, marceſcunt, & pedetentim depereunt. Ut enim cùm quis vult aurum purgare, ſi pauliſper ignem ſinat in fornace exſtingui, facit ut materia auri, quæ purgabatur, iterum induteſcat; ſic qui aliquando Dei memor eſt, aliquando immemor, quod exercitatione illa pepererat, id intermiſſione totum ſibi deperdit. Vix dici poteſt, quàm noxia ſit diuturna hujus exercitij intermiſſio. Nam qui multis diebus præſentem ſibi Deum recogitando non adſpiciunt, multas animi ſordes, & venena imbibunt. Tanta certè peccatorum, quanta in improbis eſt cernere, multitudo, præſentiæ divinæ oblivioni videtur maximè imputanda: contra, qui deum quærunt, quorum in conſpectu Deus eſt; hi ſe à terrenis ad cæleſtia transferunt, hi Deum in multitudine humilitatis & compunctionis ſuæ placant, & in omni tempore locoque conantur peccata

Pſal. 9. non eſt Deus, &c.

cata fugere. Quiſque, quæſo, ſuum ſcrutetur ſinum, vix reperietis illam viem tot peccatorum, quot quiſque conſcivit, alia via in animum irrupiſſe, quàm averſione à Deo, & converſione ad pellaces creaturas: invenietis vos nunquam ad frugem rediiſſe, niſi poſtquam Deum præſentem, teſtem, & judicem adſtare vobis cogitaſtis. Non puto (inquit B. Auguſtinus, de rebus terrenis loquens) poſſe mihi hæc in ſummum venire contemptum, niſi videro illud, in cuius comparatione ſordeſcāt. Non ſordeſcunt autem facilè, niſi in Dei divinarumque rerum, comparatione. Vt ergo ſordeſcant, nobis hoc exercitium prorſus eſt neceſſarium.

Epilogus *conſtabit Paræneſi ad hoc exercitium.* Sedulò & ardenter ad hanc Philoſophiam connitamur, ferventer hanc ſapientiam adipiſci deſideremus, quod tantopere Deus, idem nos velimus oportet; ne cum Protoplaſto expellamur horto veræ voluptatis, ne cum Caino cœlorum regno excludamur; ſed cum Enoch & Elia in coloniam melioris Paradiſi tranſcribamur: ne cum Gigantibus gementes ſub criminum aquis pereamus, ſed cum Noemo per lignum crucis in Eccleſiæ arca conſervemur. Imitemur Moyſem, ſicut ille cum Tabernaculo & coram Deo, ſic & nos ambulemus: menti jugis Dei memoria obverſetur, ſint oculi noſtri in manibus Domini noſtri ſemper, quod bonos ac fideles ſervos decet: Deo ſtrenuè ac fideliter ſervire conemur. Aulicos imitemur, quos non piget ſolidum diem ſtare coram Principe ſuo tacitos, moribus, habituque corporis toto ad modeſtiam compoſito, ipſa ſua præſentia dicentes, præſto adſum jube quodvis confectum dabo. Imitemur laudatos milites, qui in oculis imperatoris ſtrenuè decertant, & omni ſtudio conātur ei virtutem, ſuam probare. Ne parvis ſimus

militibus ſimiles, qui amant nec videre ducem; nec ab eo videri, ut liceat manum complicare, fugere, vel emanere. Deteriores illis eſſemus. Nam iſti nihil horum facinorum audent, cum videri ſe à Capitaneo arbitrantur. Nos ſperare non poſſumus ignaviam clam fore, quia ſcimus Deum omnia intueri. Quis ergo ſciens ſe à Deo videri, audeat ſcientem, cernentem offendere? hæc non infirmitas humana, ſed contumacia, ſed contemptus, ſed inſania, ſed ſacrilega impietas vocanda. Nolite, Auditores, pejores eſſe improbo illo in Chriſti parabola ſervulo, qui fretus abſentia heri ſui, cœpit omni petulantia conſervos ſuos divexare: adeſt noſter, nunquam abeſt Dominus. Nolite praviores eſſe improbis illis vineæ redemptoribus, qui fiducia diſceſſus patrisfamilias magno ſuo cum malo malè rebellarunt. Nolite ſtultiores eſſe filio Prodigo, qui cum in oculis paternis verſaretur, quantilibet erat pretii, ut verò diſceſſit longè à domo paterna, verecundiæ fræno rupto, ſubſtantiam omnem luxuriosè vivendo cum meretricibus decoxit. Nemo poteſt à Deo latum culmum diſcedere, nemo Deum latere, nusquam abit à nobis, nos noſtraque intuetur, in eo vivimus & movemur. Optimè Seneca ſcribit: Propè eſt à te, tecum eſt, intus eſt, hunc intimum teſtem circumferimus, hunc vitare non

Iob 34. poſſumus. Imitemur S. Jobum, qui Deum nihil ignorare, nihil obliviſci profitetur: cum enim

Lib. 15. Mor. cap. 4. ſciret, quòd à Deo diſtrictè (ut ait B. Gregorius,) omnia non ſolùm facta, ſed ſaltem cogitata penſentur: ſciebat occulta noſtræ mentis itinera nullum hominum videre, & tamen ante Dei oculos tot greſſus nos ponere, quot affectus movemus; toties ante illum nos labi, quoties à recto itinere cogitando, pede claudicamus. Cùm nos

Cap. 6. videri non credimus, in Sole, inquit idem Greg.

clauſos

clauſos oculos tenemus: illum videlicet nobis abſcondimus, non nos illi. Sed qui ſic Deum ſibi abſcondunt, iræ theſauros in die vindictæ miſeri recondunt, theſaurizant ſibi ſupplicia, quia qui cuncta videt, cuncta refert in tabellas, indelebiles quidem illas, & nunquam amittendas, videt, meminit, vindicabit. Vah, quis hoc credens, quis hoc certò ſibi perſuadens, hoc ſæpe in memoriam revocans, queat Deum offendere? Satagamus, ut per jugem Dei præſentiam mundo corde efficiamur, & per cordis munditiam Dei familiaritatem adipiſcamur, & in hac via, & in æterna vita. Properemus per hoc ſtadium ad illam metam, per hoc veſtibulum in illud atrium nos proripiamus, per hanc meditationem ad illam fruitionem contendamus, quæ (ut ait Auguſtin.) eſt dulcedo inæſtimabilis, per quam omnis amarities dulcoratur. Hæc Stephano lapides torrentis dulces effecit, cum videt *Dominum Ieſum ſtantem à dextris Dei*: hæc craticulam Laurentio edulcavit: pro hac libens Bartholomæus pellem commutavit: propter hanc dirè flagellati Apoſtoli, *gaudentes à conſpectu Concilii* diſceſſerunt: propter hanc tam lætus, tam ſecurus Andreas ad Crucem advolavit: huius dulcedinis prægustatio fecit, ut Joannes dilectus Domini non trepidus venenum exhauriret, non pavidus vas olei calentis intraret: hæc potuit carnificis gladium adeò mellitum Paulo reddere, ut de cervice abſciſſa copioſum lac promanaret, vix guttulam unam Petrus hauſerat, & ſpirituali muſto madidus omnium immemor exclamat. *Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula*, q.d. hîc moremur, hic moriemur, cæterorum curam omnem abjiciamus, nullo alio indigemus, ſufficit nobis Domine videre te, videri abs te, hac dulcedine faciei

tuæ inebriari. Vt igitur huius exercitii magnã facilitatem, & quendam quaſi habitum conſequamur, oportet ardenter hoc negotiũ aggrediamur, amoris Dei frequenter facultas nobis ipſis ſubdamus, ferventibus & calidis precibus hoc exercitium à Deo poſtulemus, aliisque ſpiritualibus exercitationibus eiuſdem exercitii examen quotidianum adjiciamus, quo qui ſe memorem fuiſſe deprehendet, proponat conſtantiam; qui obliviosum, proponat emendationem, & inultam hanc ingratitudinem non ſinat; ſed ipſe ſeipſum judicet, ne à Deo poſtea judicetur.

XVIII. DE PRISCÆ ET NOSTRÆ ætatis Eccleſiaſticis, deque modo ac via avitam felicitatem ac venerandam antiquitatis faciem revocandi.

EXORDIUM *ſit querela de graviſſimis & peccatis, & calamitatibus horum temporum; vel ducatur à cauſis, quibus ad dicendum, vel inductus, vel impulſus es.* Cum adſit ferè nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente quam recta videat, qui me hoc tempore non maximum onus atque munus ſuſcepiſſe cenſeret, quòd cùm nullis delinire, tum verò multis concionis aures offendere poſſim, omnibus tamen ſilentibus, unum me, & maximis de rebus, & magno in conventu hominum ampliſſimorum audiendum hoc ipſo facto ſatis impudenter profitear. Et certè quid mihi faciendum putarem difficulter conſtitui, cum ſubodorarer, aliis me, ſi malorum, quibus hac infeliciſſima tempeſtate premimur, cauſas attingerem, acerbiorem, aliis niſi pro temporum atrocitate eorundem malorum auctores pati verborum gravitate notarem, ex eorum
Ezech. 12. me hominum genere videri poſſe, quos Propheta parietem ſine temperamento linire deteſtatur. Vt verò hoc ancipitem cogitandi attulit curam, ita rurſus

rurſus duo me, ut huius loci authoritatem contingerem, perpulerunt: quorum alterum, quod ab iis mihi hanc dicendi provinciam demandari animadverterem, qui, ſi rogaſſent, poterant coëgiſſe videri: alterum, quod apud eos mihi dicendum, qui, ſi quid non tam proprius ſenſus doloris mei, quam communis omnium bonorum vel gravius, vel liberius effuderit, non aliorſum, atque à me dicitur, ſunt accepturi, tantumque huic meæ orationi conceſſuri, quantum pio dolori juſtæq; querelæ concedendum putant. Communi tamen huic dolori ea moderatione inſerviam, ut magnam me meæ perſonæ rationem habuiſſe facilè omnes intelligant, &, ut neminem, niſi qui generalem de vitiis diſputationem in ſuam contumeliam referre velit jure offenſum iri poſſe mihi pollicear. Quod ſi qui tamen facere volent, videant, ne, dum mihi iraſcuntur, ſuum ipſi morbum prodant, multo peius de ſe quam de me judicantes.

Propositio. I. Eccleſiaſticos maximorum ſuperioris temporis bonorum, & hac conclamata propè mundi ſenecta graviſſimarum in Eccleſia Dei calamitatum extitiſſe cauſas, ideoque verum eſſe iſtud S. Chryſoſtomi: *Sicut omne bonum è templo egreditur, ita & de templo omne malum procedit*, demonſtrare. II. Ex prioribus iſtis compendioſam aliquam mala præſentia pellendi, & bona præterita revocandi rationem elicere, decrevi. Quod priusquam facere aggredior, & antequam orationi ad immenſum pelagus ſuperandũ plena pandam vela, fretus veſtra, omnium vultu & oculis ſignificata alacritate ac ſingulari benevolentia, qua me balbutientem verius quàm dicentem ſublevabitis, magnopere oro, ut mecum thronum gratiæ Chriſtum Jeſum, divinum numen, concordibus ardentibusque animis & precibus imploraturi adeatis, ut ejus ope & afflatu fœcundo

Hom. 38. in Matth.

cundo

eundo ea utrinq; & dicere & facere poſſimus, quæ & honorem ipſius, & animarum noſtrarum promoveant ſalutem.

Confirmationis I. *pars.* Duplex jam inde ab Hebræorum temporibus Rempub. tenuit hominum genus, alterum profanorum, quos laicos dicimus, qui rebus civilibus: alterum Sacerdotum ſive Clericorum qui religioni procurandæ vacabant. Nunc ſi poſterius hoc hominum genus (ampliore quam vel Cherubim, vel Seraphim à Deo armatum poteſtate) priore dignitate ſua longe præferendum eſt, &

Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus,

non difficile profecto oſtendere, quæcunque mutatio morum in Eccleſiaſticis, tanquam primariis Eccleſiæ membris, extitit, eandem in populo Dei ſecutam eſſe ſemper. Principio neminem eſſe arbitror, qui non ſubinde miretur, quibus initiis ac fundamentis tantæ veterum ſummis in rebus laudes excitatæ ſint, quibus rationibus Chriſtiana religio ad tantam amplitudinem excreverit, eoque magis, quod non, ut nunc, delicata res Chriſtiani nominis profeſſio fuerit: ſed, quod vel capita, vel bona à tyrannis, vel animi ipſi ab hæreticis peterētur. Quæ ergo fuit tanti progreſſus tantarumque
I. acceſſionum cauſa? Fuit, doctiſſimi Auditores, fuit Apoſtolorum, Pontificum, & Clericorum fervens
II. ille & ardens domus Dei zelus. Fuit eorundem inſignis eruditio, cum divinæ legis aſſidua meditatione & ſumma vigilantia conjuncta. Fuit deniq; ut paucis multa complectar, admirabilis ille mundi
III. contemptus. Hi ſunt gradus, quibus Apoſtoli, & Apoſtolos qui ſecuti ſunt in cœlum aſcenderunt; hæ ſunt rationes, quibus Chriſti ſponſam, Eccleſiam, tam præclarè ac ſolidè fundatam, dotatam atque ditatam toti poſteritati reliquerunt.

Nunc ut tres iſtos gradus, eo quo propoſui ordine

dine proſequar,& ſurgentem ad Eccleſiam accommodem, quis ignorat Apoſtolorum & Martyrum temporib⁹ Eccleſiaſticos cũ aliis virtutibus omnibus,tum maxime pietatis & religionis propagandæ zelo enituiſſe? Docent hoc primum Samaritani atque Ethnici, qui velut effractis foribus ante tempus in ovile Chriſti irruebant. Vnde Div. Ambroſius: Videte,inquit, Eccleſiæ ſurgentis exordium, Chriſtus naſcitur, & paſtores vigilare cœperunt, qui gentium greges, pecudum modo ante viventes, in caulem Domini congregarent. Declararunt eundem fervorem tot,& nova,& exquiſita mortis genera ſuſceptæ ſemel religionis nomine fortiter contempta. Et quando multitudo credentium videret ſanctiſſimos ſuos Antiſtites,Petrum,Paulum,Linum,Cletum, Clementem,& cæteros Pontifices,qui his ad Silveſtri fere uſque tempora ſurrogati fuerunt, Neronum,Domitianorum, Deciorum,cæterorumq; naſcentis, & adhuc in cunis vagientis Eccleſiæ vexatorum, cruces,ignes, gladios nihil extimeſcere, omnes eorum exemplo acerbiſſima quæq; perferre, certatim crudeliſſimis tortoribus jugulum ac cervices præbere,aciem gladiorum retundere, ſanguine ignes reſtinguere,atque adeò vitam profundere, quam fidem ſemel ſuſceptam deſerere maluerunt. Itaque nullo unquam tempore ditiore dominicus ager veſtitus eſt ſegete,nec unquam majore triumpho Chriſtiani vicerunt, quam cum ſuos duces Eccleſiaſticos ſecuti, multorum annorum ſtragibus vinci non potuerunt.

Tres ætates & tempora Eccleſiæ.

In.2.c Luc.

Tacit. & Sulpit.

Martyres Eccleſiæ agrum ſuo ſanguine rigant, ac fœcundiorem efficiunt.

Nunc primis illis,in quibus adhuc recens Chriſti fervebat cruor, noſtros ſubnectamus Sacerdotes, hoc eſt,capiti aureo pedes, partim ferreos, partim fictiles. Quid ni fictiles! Tantum enim hic eſt pietatis,quantum temporis intervallum. Quærite enim, Auditores, prudentiſſimi, quærite zelum

Hac antitheſi docet,quãtis intervallis à priſcorũ integritate degeneravimus.

& ardorem eorum, qui Apoſtolicis illis viris ſuffecti ad gubernacula ſedēt Eccleſiæ, & vix ſcintillā illius flagrantiſſimi ignis, quò Priſcos arſiſſe dixi, reliquam eſſe intelligetis. Regna omnia peragrate, provincias obite, civitates luſtrate, pagos inviſite: non eos dico, qui ſe vel jam pridem vel nuper admodum, à totius Eccleſiæ communione perfide præſciderunt; ſed qui etiamnum à Catholicis ſe, quo ad fidem, ſtare profitētur, pauciſſimos in tanta Eccleſiaſticorum multitudine reperietis, qui majorum jam proximè demortuorum multo pauciores, imo vix aliquos, qui Apoſtolicum illum zelum ſpirent, & ardorem, eò, eò, prô dolor, nunc res rediit, ut Antiſtites multi, non ſolum profana cum ſacris conjungant, (nam id jam pridem receptum) ſed relictis ſacris, tanquam ſe indignis ſolum curent, admirentur, ſectentur, exoſculentur profana. Vtinam nunc reviviſcat, & in hanc lucem redeat magnus ille Syneſius, quondam invitus ad Epiſcopatum pertractus, qui in curis Eccleſiaſticis feliciter ſecum actum exiſtimabat, ſi non & ſecularibus negotiis obrueretur. Hinc illæ aureæ ipſius ſententiæ: Civilem virtutem cum Sacerdotio conjungere, eſt verſare ea, quæ ſimul verſari non poſſunt. Et: Radius ſolis, etiamſi cum ſtercore converſetur, purus manet, & non coinquinatur: Ego verò ſi idem hoc fecero, fontibus & mari opus habeo.

Epiſt. 147.

Dolendum quod Eccleſia membra ex quibus aliis medicina petenda multo majore curatione egent.

Majores noſtri ab altaribus, à ſacris concionibus, à precibus divinis, quas tamen nulla ſpe emolumenti frequentabant, ad ſupplicia, eaq; crudeliſſima rapiebantur: hi verò noſtri, providi ſcilicet, Clerici vix ſemel (horreſco, & totius corporis artubus contremiſco hæc dicens) vix, inquam, ſemel trimeſtri ſpatio, niſi inſigni aliqua utilitate, quaſi eſca, allecti, templa viſunt. Num periculo aliquo graviore deterriti; nullo profecto, ſed

nunc

nunc ventum noxium, nunc aërem aſperiorem, nunc colloquium, nunc balnea nunc ſudorem, nunc neſcio, quas ineptias prætendunt (cuiusmodi nec pueri pædagogis, nec ſui ipſorum famuli prætermiſſi officii excuſationes prætexere audent) & iſtis ſe Domino Deo ſuam illam molliſſimam vitam approbaturos confidunt.

At hic adferunt Coadjutores, Locum tenentes, Priores, Vicarios, Cantores, & ſi qui prætereа ſunt, quorum plerumque non tam virtutes, quam operas emere ſolent. Rectè certè & ſi boni ſunt; qui, dum alii in foro, ipſi in choro verſantur, fortaſſe & eosdem in cœlo (cui Proceres noſtri magis arduis ſæculi negotiis avocati intereſſe non poſſunt) Vicarios ſunt habituri. Vtinam verò aliquando audirent SpiritumSanctum, hiſce verbis per Prophetam Ezechielem tonantem: *Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, audiens ergo ex ore meo ſermonem eis ex me annuntiabis. Si me dicente ad impium, impie, morte morieris, non fueris locutus ut ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Vtinam & illud Gregorii accurate ponderibus ſuis examinarent: Penſate, fratres, quantæ damnationis ſit ſine labore percipere mercedem laboris, quanti criminis pretia peccatorum accipere, nihil contra peccata prædicando dicere. Vtinam & illud Sancti Hieronymi intimis viſceribus ac medullis pectoris inſcriberent: Qui cuſtodes ſunt Eccleſiæ, nec diebus debent, nec noctibus tacere, ſed ſemper Domini clementiam deprecari, ut grex illius & muri Hieruſalem cuſtodiantur, & ejus auxilio vallentur. Sed nimis eheu, magnis intervallis à priſcorum integritate degenerarunt, ideoq; nō ſolum ipſi pietatem nō colunt, ſed privato aliquo affectu ducti, eos etiam Eccleſiaſticis functionibus præficiunt, quos ex anteacta vita vel cuius

De malis duntaxat hæc intellige Clericis.

Ezech. 33.

vitæ generi quàm huic aptiores eſſe liquido ſcire poterant. Huiuſmodi ſunt vel litterati improbi, vel & illiterati & improbi, ſunt coqui, ſartores, ſtabularii,& menſarum aſſeclæ, quibus ſtupris pariter & ætate fractis, & jam ad nullam rem utilibus, tanquam extremum deſperationis aſylum & aſſentationis præmium, pingue & opimũ aliquod Eccleſiaſticum promittunt beneficium. Conveniens certè & appoſitum hominum genus, non dico ad reſtaurandam collapſam, ſed evertendam florentem aliquam Rempub. Hinc idonei vobis, Auditores attentiſſimi, Sacerdotes & miniſtri Dei videntur, qui vulnera Eccleſiæ ſanent? qui contra homines partim ab Eccleſiæ communione diſſociatos atque diremptos, partim apertos & capitales Chriſtiani nominis hoſtes perpetuas pro Chriſtianis omnibus excubias agant: qui multas provincias ampliſſimaq; regna, diſcuſſis errorum, quibus involuta ſunt, tenebris, ad Evangelii lucem perducant, ac ſplendore divini numinis illuſtrent, qui ad ſuccidendos infelices hæreticorum palmites, atque adeò ad præcidendas infauſtas errorum radices Apoſtolicam falcem ac ſecurim admoveant: qui ſcopas Catholicæ veritatis ad univerſas orbis terrarum provincias ab omni erroris labe verrendas adhibeant: qui dogmata adulterina ac ſpuria diſſipent, qui deformes errores, ac de cavernis Orci egredientes colubros Evangelico enſe detrũcent; qui hæreticorum corda dura ac inſtar ſilicis indomabilia, ſermonis malleo contundant: qui fallacibus improborum hominum ſermonibus in laqueos erroris inductos, ac novarum opinionum fluctibus involutos in viam revocent: qui indomitos diſciplinæ Catholicæ fræno parentes efficiant: qui lætam neophytorum ſegetem, novellas inquam, ac teneras in horto Eccleſiæ depictas ac conſitas plantas copioſis ſanctorum præcepto-

ceptorum imbribus irrigent: qui denique *inter veſtibulum & altare*, ut ait Propheta, plorent, & dicant: *Parce, Domine, parce populo tuo, &c.* *Ioel.2.*

Eamus, nunc, miremur & conqueramur, in tanto Paſtorum tepore, vel frigore potius, oves eſſe frigidiſſimas, & ab omni pietate remotiſſimas. Et certe fruſtra nobis pollicemur mores & tempora meliora, niſi Sacerdotes & miniſtri Eccleſiæ, qui tanquam vaſa judicantur doctrinæ, ab omnibus vitæ ſordibus morumque fœtore expurgati, populo repræſententur.

*(*SECUNDA ÆTAS *Sanctorum Doctorum, quos Gregor. lib. 9. moral. 66. hyadum myſterio in libro Iob deſignari ait, quoniam ut hæc caſtra hyeme transacta apparent, & pluviam adferunt, ita illi ſcientiarum imbres effuderunt, cum remota perſecutionis bruma & diminutis infidelitatis noctibus verna temperies & tranquillitas adventavit.)*

Sed emergat aliquando oratio ex turpi iſto noſtri temporis cœno, & ad pulcherrimum illum Eccleſiæ reſpirantis ſtatũ ſubvolet, martyrii tempeſtate diſcuſſa & lugubribus veſtimentis depoſitis, qui ſecutus eſt. Qui tametſi primo illi apud Danielem per caput aureum adumbrato omni ex parte conferendus non ſit, ideoque per pectus & brachia argentea deſignatus eſſe videatur: quia tamen in præſtantiſſimis rebus magna ſunt ea, quæ ſunt optimis proxima, non injuria eundẽ & mirari & venerari debemus, eoq; magis quod tum temporis, qui ſacris præeſſent, accurata, exquiſita, ac ſolida eruditione, aſſidua divinæ legis meditatiõne, docendiq; labore (in quibus ſecundam florentis Eccleſiæ cauſam poſuimus) populum non modo in officio continerent, & exemplo ad ſui imitationem pertraherent, verum etiam ita ſibi cõciliarent omnes, ut bona, quib⁹ ultro cedebãt, Epiſcopis & Sacerdotibus invitis magno numero obtruderent, *Tractemus eos honorifice, qui nos ab undis*

lapſura voluptatis ad portũ ſempiternæ ſalutis pertrahunt.

derent, adeo ut etiam Imperatorum (qui verebantur ob eam cauſam Reipubl. detrimentum, & paupertatẽ) effuſa iſta populi in Eccleſiaſticos munificentia ſeveris fuerit legibus coërcenda & amputanda. Clariſſimus ille inter cæteros Heroas, quos Deus Opt. Max. orbi donavit, Conſtantinus, cum in Concilio Nicæno ultimus inter Epiſcopos aſſediſſet, eorumque libellos accuſatorios accepiſſet, omnes nondum lectos ſimul in ignem abjecit: Vos Sacerdotes, inquiens, tanquam Dii ad homines gubernandos dilecti atque conſtituti eſtis, & conveniens non eſt, ut homo judicet Deos, propter quod ſolius Dei exſpectate judicium, & veſtra jurgia ad illud divinum reſerventur examen. Addit, Sacerdotũ vitia non eſſe populo aperienda, ne ille, inde cauſa offendiculi arrepta, licenter peccare aggrediatur. Addidit & illud: Si in Epiſcopum incideret alienum conjugium violantem, ſe paludamento ſuo, & purpura nefandum illud facinus obtecturum, ne ſpectatoribus occaſionem mali crearet. Docuit certe magnus hic Chriſtianorum Imperatorum ſignifer, veriſſimum eſſe illud Ambroſii: Honor & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari: ſi Regum fulgori compares & Principum diademati, longe erit inferius, quam ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas Regũ colla & Principum ſubmitti genibus Sacerdotum, &, exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credant ſe communiri. Neque ſolum magnus hic Chriſtiani gregis Zerobabel ſumma obſervantia coluit Sacerdotes, ſed etiam eorum paupertate & ſedulitate invitatus, & Eccleſiæ quaſi humilitate offenſus, Salomonis exemplo, templa cœpit magnificentiſſime non ſolum exædificare, ſed & de ſuis liberaliter collocupletare. Imo tam fuit inviĉtiſſimus ille heros in res Eccleſiaſticas liberalis, ut Eccleſiam,

De dig. Sacerd. c. 2.

cuius

cuius ſtatus argenteus ſub ipſo fuit, etiam fortunæ bonis argenteam feciſſe primus poſſit. Admonet me pia proles ſanctiſſimæ matris Helenæ, quę, teſte Sulpitio, horrentem ruinis Hieroſolymam frequentiſſimis ac ſplendidiſſimis exornavit Eccleſiis. Horum, matris dico & filii exempla, deinde alii Principes, & homines divitiis affluentes ſecuti, dictu mirum, quantopere ſuorum Sacerdotum egeſtatem pariter, & integritatem; docendi, diſcendique laborem ſublevarint. Hoc Theodoſii, hoc Heraclii, hoc Caroli & nomine & rebus geſtis vere Magni exempla teſtantur. Itaque Sacerdotum virtutibus factum eſt, ut ex contemptis iſtis, uti apparebat, incunabulis, Eccleſia ad tantam magnificentiam aſſurrexerit. Adeo verum eſt, quod dixit Baſilius Magnus, utilitatem ex pietate ac bonis operibus efflorescere; itaque ſequi ut ignem aëris illuſtratio, & unguentum gratus odor conſequitur.

Cæterum quando his temporibus longe lateque (rebus Eccleſiæ mirabiliter auctis) Chriſti Evangelium propagaretur, leo ille rugiens, qui ſemper ob prædam circuit ovile, quod prima non ſucceſſiſſet, alia gregem Dominicum aggreditur via, eaque prima tanto perículoſiore, quanto magis animi, quam corporis vulnera lædunt; fuit iſta, omnium malorum peſſimum, hæreſis. Et ut hoc, quoque verum eſſe perſpiciamus, quod, aureo ex ore aureum orationis flumen fundens, dicit Chryſoſtomus: Sacerdotium ſi integrum fuerit, totam Eccleſiam fore ſalvam; ſin corruptum, omnem fidem eſſe marcidam. Ex tam multis hæreſibus ſolā conſideremus Arrianam, quæ quia impietate, propagatione, & diuturnitate facile omnes ſuperavit, incredibiliter florentiſſimam hanc Eccleſiæ faciem deformavit. Sed quisnam huius mali, quod totum pene terrarum orbem ſuo errore involvit *Hom. 38. in Matth.*

 auctor?

auctor? Nonne peſtilentiſſimus ille Alexandrinæ Eccleſiæ Presbyter Arrius? qui eiusdem, plebe ad meliorem mentem traducta, oppreſſores? Nonne ſanctiſſimi illi antiſtites, Athanaſius, Paulinus, Hilarius, aliaque Catholicæ fidei acerrima propugnacula: qui, diabolo cum ſuis ad perniciem vigilante ſeneutiquam dormitaſſe immortalibus iſtis ſuis lucubrationibus toti Chriſtianorum orbi teſtatum fecerunt?

Eodem pacto (ut hæc obiter attingam) Apollonius, Miltiades, Serapion, & Apollinaris inſana cõfutarunt dogmata Montani, Priſcillæ, & Maxillæ: Irenæus fregit & profligavit Florinum, & Valentinum: Tertullianus Evangelico enſe proſtravit Marcionem: Origenes Sacræ Scripturæ machina fortiter percuſſit Celſum, & ad ſanam Eccleſiæ fidem redire compulit Berylum: Eunomii blaſphemias repreſſit Baſilius: Manichæos, Donatiſtas, Pelagianos immenſis ſtudiis malleus hæreticorum contrivit & exſtinxit Auguſtinus: toxicum Novati expurgavit Cyprianus: Joviniani fœdas ſpurcitias, & vana ſomnia Vigilantii ac Luciferianorum Verbi divini arietibus quaſſavit, compeſcuit, confudit Hieronymus: Juſtinus Martyr, Athenagoras, Quadratus, Theophilus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus Apologiis ſuis Tyrannorum furoribus intrepide ſe oppoſuerunt: Hilarius deniq;, & Gregorius Nazianzenus liberè & graviter contra ſui temporis impios Imperatores ſcripſerunt. Vt de his, & plusquam ſexcentis aliis Eccleſiæ Doctoribus rectè dixerit Auguſtinus: Iſti ſunt Epiſcopi & Paſtores docti, graves, ſancti, veritatis acerrimi defenſores, qui Catholicam fidem in lacte ſuxerunt, in cibo ſumpſerunt, cuius lac & cibum parvis magniſque miniſtraverunt. Talibus poſt Apoſtolos ſancta Eccle-

Lib.3. in Iulian.

ſia

ſia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus crevit.

His quomodo noſtri ſua doctrina, SS. litterarũ lectione & vigilantia reſpondeant Clerici, quamq; utilem Reipubl. Chriſtianæ navent operam videamus. Optandum quidem eſſet, eos perpetuo eſſe memores iſtius Hieronymi: Tanta debet eſſe ſcientia & eruditio Pontificis Dei, ut & greſſus ejus, ut motus, & univerſa vocalia ſint, Veritatem mẽte concipiat & toto eam habitu reſonet, & ornatu, ut quidquid agit, quidquid loquitur, ſit doctrina populorum: absq; tintinnabulis enim, & diverſis coloribus, & gemmis, floribusque virtutum, nec ſancta ingredi poteſt, nec nomen Antiſtitis poſſidere. *Tom. 3. epiſt. 128.* Et conveniebat certe Sacerdotes hac ætate (qua omnium opibus Eccleſia labaſcens erat ſublevanda) Chriſtianæ militiæ panoplia circumſeptos, & priſcis illis in agro Domini excolendo eſſe quam ſimillimos.

Sed videmus contra (horreſco referens) plerosque ventri ac ſomno deditos vitam ſicuti pecora tranſigere. Quo ſit, ut, quod priſcis illis Sacerdotibus à plebe ultro delatum eſt, id nunc noſtris vi auferatur: ſit, inquam, ut laici in res Eccleſiaſticas non modo non conferant aliquid amplius, ſed templa etiam ſanctiſſimis religionibus conſecrata, & magno à majoribus ſtudio exſtructa & ornata, ab his magna immanitate diripiantur, ſpolientur, depeculentur. Hæc ſi noſtrorum Clericorum culpa fiunt, ut fiunt certè; nonne eò oportebat eos eſſe vigilantiores etiam priſcis, quò difficilius res partæ conſervantur, quam acquiruntur novæ, & quo plures hoc tempore, quam unquam alias hęreſes ſparſæ Eccleſiam infeſtant: His autem malis ſi craſſiſſima illa omnium rerum ignoratione, ſi non columbina, ſed aſinina ſimplicitate, ſi talis, & majoribus ſeſe poculis poſcendo, conſultum

ſoret, haberet profectò Eccleſia non pœnitendam turbam eorum, qui dies noctesque depugnare pro ea ſtrenue & poſſent, & vellent. Nunc verò quia divinæ legis aſſidua meditatione, doctrina, rerum uſu & ſapientia res gerenda eſt, Eccleſia iſtis non prolibus, ſed ponderibus magis gravatur, quam juvatur. Vt Ariſtoteles Ethnicus Philoſophus doce-

7. Politic. cap. 9. at ſordidos artifices non eſſe creandos Sacerdotes, ſic ratiocinantur: Vbi religio in contemptum

1. trahitur, illic Deus non rite colitur: at ubi ſordidarum ac liberalium artium profeſſores fiunt Sa-

2. cerdotes, ibi religio in contemptum trahitur. Et: Sacerdotis officium eſt munda Deo ſacrificia offerre, ſapienter Dei oracula & myſteria reſerare, populum veritatem docere, & civium animos vir-

3. tutum præceptis & exemplis imbuere: at rudes & imperiti hæc præſtare nequeunt. Quorſum etiam Athenæ, Academiæ, Collegia, Gymnaſia, loca ſacra, ubique condita & fundata fuerunt? quorſum artes ſtudiaque ſapientiæ in tanto honore ſemper extiterunt, ſi ſapientibus viris relictis, fæces populi in vineam Domini admittantur, qui aut tanquã idola nihil loquuntur, aut tanquam monſtra de-

4. prædantur in gregem? Quomodo res ſacras honorificè, ut decet; religiosè, ut debent; poſſunt tractare, qui nigris & illotis manibus res viles &

5. ſordidas modò tetigerunt? Iſti potius ad piſtrinum & haram, quam ad Sacerdotium & aram nati: ſunt plantæ, ſed ſine vita: fontes, ſed ſine aqua: ſtellæ, ſed ſine luce: bullæ & undæ maris, quæ omni flatu in Syrtes rapiuntur: gregem paſcere nõ poſſunt, nam carent cibo: docere non poſſunt, nam carent arte. Quid multis? Obeamus terras & gentes, nulla inveniemus exempla, nulla inſtituta majorum, nulla ſacræ aut humanæ Philoſophiæ edicta, quibus innixi iſtam abſurditatem,

Gryllos

Gryllos ad ſacros ordines admittendi defendam*, Romani, & omnes apud ſeculum prius gentes, ſuos augures, aruſpices, flamines, cõjectores, Sacerdotes, viros graves, pios, doctos, ſapientes habuerunt. *Honeſt. li. 2.*

In Concilio Aurelianenſi præcipitur indoctos Sacerdotes arcendos ab altaribus, nec tolerandos in officio. *Can. 8.* Sanctus Hieronymus liberrimè negat *In c. 2. Agg.* eſſe Sacerdotes, qui careant eruditione, idque graviſſimis probat Scripturis. Quod ſi nunc viveret, nonne & Criticos hos examinatores, ut vocant, & Epiſcopos multos, & Sacerdotes clamaret indignos eſſe, ſuo nomine? cum tantum abſit ipſis vivi priſcique Sacerdotij, quantum homini picto deeſt hominis veri. Si turpe eſt Doctorem vel haberi, vel creari, qui iis omnibus deſtitutus ſit, quæ ad illam requiruntur functionem; quanto turpius eſt doctores totius plebis, divinitatis hypophetas, Chriſtianæ plebis legatos nulla eruditione, ſcientia, diſciplinarum & linguarum cognitione excellere, qui tamẽ indoctiſſimorum quondam hominum Panthæni, Clementis Alexandrini, Originis (ne plures commemorem) locum vicesque ſuccedunt.

Vbi SS. Concilia agunt de examine futurorum Sacerdotum, mandant, ut quatriduo ante convocentur initiandi, ut adſint Archipresbyteri vitæ, morum, doctrinæq; teſte; tum ex omni Clero Epiſcopali deligi volunt Sacerdotes viros prudentes, doctos, graviſſimos, conſtantes, qui in mores, vitam, propoſita, habitum, greſſumq; diligenter per totum quatriduum inquirant, quibus ſedulo denuntiatur ab Epiſcopis, ne quem indignum gratia, favore, pretio admittant, futurum alioqui, ut & indigne promoti arceantur ab altaribus, & qui tales obtruſerint Epiſcopis, deponantur. Quæ ſi in uſum revocarentur, quam lęta rerum facies, quam *Ex corporis habitudine, inceſſu, & moribus de vero Chriſtiano con-*

jecturâ facere SS. viros conſueviſſe docet Baron To. 2. fol. 726.

florens Eccleſiæ ſtatus propediem cerneretur, quã nunc omni fermè ornatu, quo priſcis temporibus nitere ſolebat, deſtitutam ac miſerè deformatam nobiſcum etiam lugent hæretici? Si rejicerentur qui fucum fecerunt Cenſoribus vel Epiſcopis, ſi critici notarentur infamia, ſi in mores, vitam, eruditionem ordinandorum gnaviter inquireretur, maxima parte calamitatum prope nunc fatiſcens Eccleſia relevaretur.

Canon Meldenſis vult Clericum initiari coram multitudine, teſte, & arbitra morum, famæ, doctrinæ ipſius & in ea potiſſimum civitate, ubi degerit, & ſpecimen pietatis ediderit per integrum annum. Vtinam nunc ſaltem daretur opera, ut viri graviſſimi rogati Sacramento perhiberẽt teſtimonium. Nimis, nimis profectò magna Epiſcoporum quorundam in manibus imponendis eſt facilitas, qui quãdiu pro viris & presbyteris (qui, affectuum turbine ſedato, juſtitia & prudẽtia, pietate & ſibi & aliis vivere ac lucere poſſunt) juvenes ac pueros (nullam aut ſaltem languidam virtutum concoctionem habẽtes) pro litteratis toti litteratorũ nationi inimicos, plus majorib⁹ quã moribus tribuentes, in hunc ordinẽ cooptare non intermittunt, nihil eſt, quod nobis de reſtitutione in integrum polliceamur. Quanto erat æquius à Sacerdotio eos repellere, qui antè ſcientiam à ſe repuliſſent; Præſtat enim paucos eſſe Sacerdotes merito, quam multos numero. Atque illud eſt, quod prudenter admodum Davidem, Philippi cognomento Boni filii Trajectenſis Eccleſiæ aliquando Epiſcopum, dixiſſe ferunt, melius eſſe ſuæ Eccleſiæ tres habere homines, quàm trecentos aſinos: tot enim, tribus modò admiſſis, ſingulari ordinandorum inſcitia offenſus, ſacris ſubmoverat. Perpendit haut dubiè horrendum iſtud Dei oraculum, quod eſt Oſeæ 4. *Quia tu repuliſti ſcientiam, &*

Matth. 5.

ego

ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Ponderavit acerbam illam Christi ſententiam: *Vos eſtis ſal mundi, ſi ſal infatuatum fuerit, ad quid valet niſi ut foras projectum conculcetur pedibus?* Expendit vehementes SS. Patrum in imperitos ſanctiones, quibus inſcitiam Sacerdotum nulla nec venia, nec excuſatione dignam ſtatuerunt.

A Iuſtiniano in civiles leges relatū eſt, indoctus ne ad unius quidem Ordinis ſuſceptionem admittendos.

(TERTIA ÆTAS *Religioſorum*)

III. Venio nunc ad alteram florentis Eccleſiæ cauſam, mundi, hoc eſt, honorum, opum, & voluptatum contemptum. Hic quoq; tametſi deceſſio facta ſit, & hunc ſtatum per femora ærea ſignificari velint; poreſt tamen cum noſtro collatus, ſi non aureus, ſaltem agenteus videri, &, ut ſuperiorum alter Martyribus, alter Doctoribus fuerit clarus; ita hic Eremitarum, Anachoretarumque vita rigidiore quàm maximè commendatus eſt, qui juxta conſilium Evangelicū, omnibus ſuis relictis, Dominum ſecuti ſunt, cujusmodi primis temporibus fuerunt, Pauli, Hilariones, Antonii; & poſtea diverſi Monaſticorum inſtitutorum auctores, qui uſq; adeò ab honoribus, opibus, & voluptatibus aborruerunt, ut pleriq; eorum non niſi dignitatum fuga in altiſſimo etiam Pontificiæ dignitatis gradu collocati fuiſſe legantur: nec ulla re alia, quàm divitiarum & voluptatum contemptu tantas opes pararint, quātas ſucceſſores in media hominum profligatorum colluvie & ſuis illis popinis gnaviter ſudando diſſipare videmus.

At divitiis paulatim pietatem, hoc eſt, matrem devorantibus, & Eccleſiaſticorum mores in deteriora inclinantibus factum eſt, ut ad tibias ferreas Eccleſia devenerit. Magna enim Eccleſiaſticis licentius vivere incipientibus, in vulgo, ultrò, naturæ pravitate, ad malum propenſo, vivendi licentia ſecuta eſt. Quāta autem cum offenſione vulgi, bone Chriſte, Eccleſiaſtici hac ætate (qua aurum

planè

plane converſi eſt in ſcoriam) honoribus, opibus & voluptatibus inhiant, adhærent, indulgent? Nomen ii, qui Chriſto præeunte, mundi fluctus & faſtum calcare debebant, tanta feruntur ambitione honorumque mundanorum contentione, ut non illius, cuius regnum de mundo non eſt, ſed alterius, quem principem mundi S. litteræ nominant, miniſtri eſſe intelligantur? Suntne ex hoc ordine, qui dum inanis gloriolæ ſpectris ingloriis agitantur, atque adeò etiam omnes umbras falſæ gloriæ conſectantur, in veſtitu tam ſunt inſolentes & exquiſiti, ut quemvis Thraſonem potius, quàm Chriſti Sacerdotem ex cultu corporis liceat conjectare? Nonne iſti egregiè fœdi, fidi dixiſſem, Eccleſiæ miniſtri ita ſe ſui & pudere & pænitere declarant? ut nihil mirum ſit laicos minus honeſtè de hoc Metaphyſico hominũ genere ſentire: quod ſi priſca illa & morum & veſtium ſimplicitate cõdecoratum viderent, ſuum illi honorem facile cõſtare paterentur, quo nunc cum malis etiam dupli-ci honore dignos ignominosè privant. De his S. Bernardus: Quid ſibi vult, inquit, quòd Clerici aliud eſſe, aliud videri volunt? habitu milites, quæſtu Clericos, actu neutrum exhibent. Nam neque uti milites pugnant neq; ut Clerici Evangelizant. Et Honorati, inquit, incedunt de bonis Domini, cùm honorem Domino non deferant. Inde is, quem quotidie vides, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus: inde aurum in frenis, in ſellis, calcaribus; & plus calcaria, quàm altaria fulgent: inde ſplendidæ menſæ. Omitto reliqua, nam ad divitiarum deſpicientiam feſtinat oratio. Hic, Deum immortalem, quanta ſe dicendi, ſeu verius cum Heraclito omnia deflendi offert materia? Tanta enim hunc ordinẽ invaſit habendi cupiditas, ut nemo ſit, quod apud Malachiam conqueritur Dominus, *qui claudat oſtia, & incendat altare*

Quid magumentem à Religione diſtrahit, quam aurũ ſeptri. Quid magis orantem impedit, quam cogitatio mũdi?

Ad Eugen. Pontif.

Ser. 33. in Can.

Malach 1.

altare ſuum gratuitò. Nulla profectò alia re tam videntur Clerici laicos in ſuas & Eccleſiarum fortunas armare, quam quòd eosdem ſuo exemplo doceant opes amare. Næ illi egregiè præ cæteris hoc faciunt, qui, ut, quæ oportebat eſſe gratuita, honeſtiori titulo cum Giezi & Juda vendant, cum Simone emant, prætendunt penſiones, diſpenſationes, reſervationes, & ſi qua ſunt ejus generis alia, quibus non minus Eccleſiam, quàm linguam Latinam contaminârunt. O quàm malè cepit Eccleſia habere ex eo tempore; quo quòd virtute præſenti effectum oportuit, tentatum fuit ſpe & pecunia, idq; ſedentibus, inſpectantibus, &, quod indigniſſimum, adjuvantibus Prælatis. O ſummam cæcitatem & ſupinam negligentiam æternis cruciatibus expiandam. Ex hoc fonte, quidquid ferè lachrymarum eſt, profluxit, hinc lupi rapaces, hinc vulpeculæ demolientes vineam Domini Sabaoth, hinc turpis lucri cupidi in ovile irrepſerũt; qui, ut præclarè loquitur Auguſtinus, non quærunt JESUM propter JESUM, ſed ut ſaturentur de panibus. Quibus procul dubio illud, quod eſt apud Ezechielem, dicitur: *Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos*, &c Et illud ſancti Bernardi: Timeant Clerici, qui in terris Sanctorum, quas poſſidet, tam iniqua gerunt, ut ſtipendiis, quæ ſufficere deberent, minimè contenti ſint, ſuperflua, quibus egeni ſuſtentandi forent, impiè ſacrilegeque ſibi retineant, atque in vſus ſuæ ſuperbiæ atque luxuriæ victum pauperum cõſumere non vereantur, duplici profectò iniquitate peccantes.

Qui poteſt ſolo affixus cælum intueri? Levitæ nihil poſſident, nec habent partem inter laicos. Num. 18. 20

In c 6. Ioan.

Ezech. 34. 6

(*Bernardus ad quendam Canonicum*: Quidquid præter neceſſarium victum & ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt, furtum eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.)

Ad hæc Clericos Sybariticis ſuis menſis etiam luxui magnam dediſſe occaſionem ſatis declarant

odioſæ

Digitized by Google

odioſæ iſtæ voces laicorum, quibus gulam huic Metaphyſico hominum generi quaſi propriam improperant, ut & his quoq; rectè dici poſſit illud Prophetæ & Apoſtoli: *Propter vos nomen meum blaſphematur inter gentes*, Eſaiæ 52. Rom. 3. Quid? an non magnam huic blaſphemiæ quaſi ſegetem ſuppedirant, qui non tam heſterno, quàm hodierno vino ex antelucanis iſtis cœnis (in quibus omnis eorum induſtria & vigilãdi labor expromitur) languidi, manibus lutulentis, ore adhuc fœtente ſimul & eructanti, ô ſcelus horrendnm, Hoſtiam illam ſacroſanctam & immacularam tractare & conficere non erubeſcunt? Hæc cum palam à Sacerdotibus Dei ſine ulla animadverſione fiant, quid eſt, quòd vulgum helluantem, & quicquid Sacerdotum exemplo facit, rectè fieri argumentantem admiremur? Nihil minus convenit Clerico, cui ſobriè, piè, & caſtè, præter cæteros vivendum, quàm quotidiano luxu diffluere. Verè enim illi, qui fornicationis ſpiritum vincere exoptant, & tamen ventri inſerviunt, incendium oleo reſtinguunt. Nam, ſi carnem ſolam, ait Origenes, nutriatis, & ipſam frequenti mollitie, ac jugi deliciarum fluxu foveatis, inſoleſcens neceſſariò adverſus ſpiritum ac fortior efficietur. Nutrimenta autem ſpiritus, inquit, ſunt divina lectio, orationes aſſiduæ, ſermo doctrinæ, his alitur cibis, his convaleſcit, his victor efficitur; quod quia non facitis, nolite conqueri de infirmitate carnis, nolite dicere, quia volumus, & non poſſumus, volumus continenter vivere, ſed carnis fragilitate decipimur, & impugnamur ſtimulis eius. Tu das ſtimulos carni tuæ, tu eam adverſus ſpiritum armas, tu eam carnibus ſatias, vino nimio inũdas, omni mollitie palpas, &c. Quid potuit à doctiſſimo viro dici veriùs? Quid autem laicos facturos putamus, quando ex Clericis (quibus, ut ait S. Hieronimus, de altari vivere, nõ lu-

Portentoſũ facinus (margin)

Hom 9. in Levit. (margin)

luxuriari permittitur) formoſuli iſti, toroſuli, & vix ſummis pedibus adumbrantes veſtigia quotidie (ut eos D. Hieronym⁹ depingit) ſeſe philotheſijs inuitant, ad myrtum canunt, gemma bibunt, ſerico nitent, conuiuia frequentant? Vtinam aliquando moueat hos conuiuatores & nepotes iſtud væ: quod vino æſtuantibus Spiritus ſanctus per Eſaiam denuntiat, vbi addit, cythara, & lyra & tympanum in conuiuijs veſtris, & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius cōſideratis, Optandum eſſet eos, quos vſque adeò ipſum illud conuiuari delectat, vt nec S. litterarum fulminibus deterreri poſsint, pauperes, hoc eſt, Chriſtum ipsū, aut viros integros & doctos conuiuas adſciſcere potius, quam hæreticos, & Thraſones, neſcio quos, cum ſuis Gnathonibus & Mimis: quibus, ſi menſas ſuas & patinas tollant, nihil poteſt fieri ordine Eccleſiaſtico odioſius. Sed hoc ſerpentum genere, quod Eccleſiaſtici pleriq; in gremio ſuo fovent, relicto, ad carnis libidines, in quas venter mero æſtuans deſpumare ſolet, vela contendo. Cujus vel ſolius mali nomine ita præſtantiſſimus ille ordo eviluit; ut hodie pluris fiant abjectiſſimi cerdones, quam Chriſti Sacerdotes. Quis enim ex vulgo ferat impudentiſſimos iſtos Cyneos, obſcœnis libidinum facibus ſeu tædis æſtuantes, ardentes, ac fœtentes, qui corpore illicita Venere contaminato, id quod eſt in rebus omnibus ſummum ſanctiſſimumque tractare, atque adeò cæno deteſtandæ libidinis templa Deo dicata conſpurcare nihil dubitant, & perinde quaſi Deo non ipſæ tenebræ luceant, myſteria Sacroſancta tractaturi, *noctem*, ut loquitur Perſicus, *flumine purgaſſe ſat habent*? Quis homines iſtos ſtupris & ganeis confectos, in hoc maximo curſu ac tumentibus fluctibus Eccleſiæ, remos impellere, nedum gubernacula tenere poſſe arbitraretur? D. Hieronymus: Væ tibi, inquit Sacerdos qui eodem

Adu. Iouin.

Eſa. 5.

Exhauriatur tandem hæc obſcœnitatū cloaca. O portēta in ultimas terras exportanda! O ſordes glorioſi nominis ful-

ed by Google

gorem obnubilantes! Hieron. ad Ocean. ore oſcularis filiam veneris, quo paulò ante ſumpſiſti Filium Virginis: O impie Iuda, *oſculo filium hominis tradis*? S. Ambroſius: Diſce, inquit, Sacerdos atque Levita, quid ſit lavare veſtimenta tua, ut mundum corpus celebrandis exhibeas Sacramentis. Si populus ſine ablutione veſtimenrorum ſuorum prohibebatur accedere ad hoſtiam ſuam, tu *lib. 4. Epiſt. 69.* illotus mente pariter ac corpore audes pro aliis miniſtrare? Cyprianus jactat, quod pacis bellique temporibus nunquam deſtiterit ore puro ſacrificiis operari. Clerus Achaicus celebrat Apoſtolum *Decret. 26.* Andream, quòd ſingulis diebus obtulerit Agnum immaculatum Deo. Innocentius primus dicit, Chriſtianorum Sacerdotium eſſe perpetuum jugeque miniſterium. Hippolitus aſſerit, Deum in judicii die pronunciaturum eo nomine beatos Pontifices ac Sacerdotes, quia Deo Patri quotidie chariſſimum Filium obtulerint. Venerabilis Beda ait, duos Theobaldos, Anglicanos Martyres, dum Saxones ad Chriſti fidem converterent, Euchariſtiæ ſingulis diebus operam dediſſe, ut eſſet efficacior prædicatio aſſiduis Miſſæ fulta præſidiis. Baſilius Magnus in Epiſt. ad Gregor. Presbyterum, ceſſantem ab officio (à quo concubinæ ſceleratis amplexibus retrahebatur) dicit vel ſolam à re divina ceſſationem æterna damnatione eſſe digniſſimam. Si conjuges, ut eos hortatur Paulus, in divinitatis conſpectum prodituri, quæ nuptiarum ſunt ſubinde debent poſtponere, quomodo is, quē Deus, tanquam inſtrumentum transferendis populi votis aptiſſimum, quotidie ſuis juſſit aſſiſtere altaribus, contractis nuptiis, aut Veneris compedibus ligatus, ore manibusque ſuis munera & preces populi offerret Deo? Majores certè noſtri Catholicum ſemper tanti fecerunt Sacrificium, ut ne minores quidem Clericos voluerint ullum attingere, quod ad illud pertineret, usque adeò, ut Laodi-

Concubinariorum ſcādalo in aliorum ruinas exempla naſcuntur, ait Cypr. ep. 7. qui etiam lib. de ſingular. cler. vehementer reprehendit Clericorum cum fœminis contubernium.

Laodiceni juberent ὑπηρέτας, hoc eſt, Subdiaconos oſtiorum ſtationem non deſerere, nec rebus ſe admiſcere ſacratioribus. Non tuliſſet ſanctiſſ. ſeveriſſimaque vetuſtas ſcortatores, auaros, periuros, blaſphemos, & id genus hominum ſacris operanti Sacerdoti aſſiſtere, ne dicam cooperari, imò confeſſæ impietatis hominibus ne ad ipſas quidem fores templorum licebat accedere, adyta tam erant undique ſepta, ut nec religioſiſſimum Imperatorem Theodoſium in illis ferret Ambroſius: ad altare ne Subdiaconi quidem admittebantur, & è ſinu ſcorti vix revulſus Sacerdos in ipſa Sancta Sanctorum temerarius ingredietur? Quantum ſacrilegium dixiſſent maiores noſtri, ſi homines nocturnam adhuc venerem ſomniantes, vidiſſent tractare ſacra, cùm ſcribat S. Hieronymus, ne templa quidem ſubire auſos, quos obſcœna luſiſſent ſomnia? ſe autem; quoties ſibi tale quippiam contigiſſet, narrat contremiſcere, nec audere Martyrum intrare Baſilicas. Audi hæc non ſolùm Sacerdos, ſed quicunque etiam Hypodiaconus es, ſcito te eſſe Eccleſiæ miniſterijs mancipatum, tui eſſe muneris, vt ſacrum facienti Sacerdoti quotidie religioſus adſtes, ut ſimul collabores, & Chriſtianæ plebi omnia fauſta ſalutariaque preceris & impetres à Deo; tui muneris eſſe SS. Eucharistiam, quam noſtri majores honoris cauſſà, horrenda dixerũt myſteria, tam proximè accedere & cooperari, ut Ambroſius videatur myſteriorum conſecrationem Divo tribuere Laurentio Sacerdotis miniſtro, propter intimam & arctiſſimam conſpirationem.

Adu. Iovin.

Adu. Vigil.

Adhæc cùm miniſtros Sacerdotii Levitici, quorum ſacrificia erant animantium cadavera, quoties ad ſacras erant functiones revocandi, non ſolùm ab uxoribus, ſed etiam à vino cæteriſque pudicitiæ naufragiis procul abſtitiſſe ſit certo certius, cur non noſtris Sacerdotibus tantum eſſet præ-

Digitized by Google

ſtandum, tam auguſt. Sacramenta quotidie tractaturis, in quibus Filius Dei eſt ipſa victima? Auguſtinus non uno concubinatu inquinatus, cùm dubitaret adire Baptiſmum, metuens ne datam ſemel fidem ſeruare non poſſet, hujusmodi à ſanctiſſima caſtitate verbis excitabatur: Audiviſti, ajebat illa, Auguſtine, eſſe tot examina viduarum, virginum, ac virorum in meis caſtris, meis legibus degentium, num, quæſo te, putas eos in ſe ſtare, ac non potius ei inniti, qui olim dixit: *Qui poteſt capere capiat?* Hujuſmodi cogitationibus dicit S. Auguſtinus, ſe non tantum ſuas nugas abjeciſſe, (ſic vocat phantaſias veterum peccatorum,) verùm etiam univerſo metu poſito, ad Baptiſmum convolaſſe. Ita noſtri majores in cælibe vita non ſuis, ſed Dei innitebantur viribus, Deum exorabant, inter depugnandum puris humilibusq; votis è caſtris cæleſtibus auxilia evocabant, & interea ſobrietatem, ſacrarũ literarum ſtudium, ſolitudinis amorem, fugam periculorum ac jejunia adhibebant, noſtros verò Clericos, qui geſtant ignem in ſinu, & nudis plantis ſuper ignitos carbones incedunt, prodigii ſimile foret non aduri.

Lib. 8. Conf. c. 11. &c.

Remedium noſtri morbi.

TRANSITIO *ad II. partem Confirmationis.* Habetis nunc Auditores attentiſſimi, & priſci & noſtri temporis συγκριτικῶς explicatam anthitheſin, habetis ex cauſis contrariis eventa contraria, ex quibus non erit, opinor, difficile videre, quid facto opus ſit, ſi malis præſentibus ſublatis, priſcam illam auream felicitatem & venerandam totius antiquitatis faciem quoquo modo revocatam velimus. Quid enim aliud id eſſe poteſt, quàm ſi demus operam, ut unde fœtere, inde quoque curari incipiatis, hoc eſt, capita ſanentur? ut quemadmonum inde prius omnium malorum contagio, ita nunc ab iiſdem ſanitas in omnia inferiora membra dimanet. Id futurum eſt, ſi Sacerdotes

Qui viret in foliis, venit à radicibus

dotes à vitiis deciſcant, & ad priſcorum virtutes proficiſcantur; ſi,inquam,ii, quos ſalem terræ ac lucem mundi Saluator noſter appellavit,depulſis impietatis,ignorantiæ,ambitionis,avaritiæ & voluptatum tenebris,majorum veſtigiis inſiſtant, omnes larga ſuæ pietatis, eruditionis, humilitatis, liberalitatis, ac continentiæ luce illuſtrent, ac deinceps & doctrina & exemplo ad vitæ novitatẽ invitent.

humor. *Eſa.* Auferte malum, *&c* *Paulus*: Abjiciamus. opera tenebrarum, *&c.* *Matth.5.*

Cenſent homines doctiſſimi,& in rebus civilibus diu multumq; verſati imperia his artibus melius retineri, quibus acquiruntur. Quomodo autem Sacerdotum priſcorum virtute res Eccleſiæ ad ſummum excreverint, poſterorum rurſus culpa per omnia mundi regna diffuſum Chriſti imperiũ delapſum ſit, nemo ab hiſtoriis paululum inſtructus ignorare poteſt. Primò amiſimus Africam, deinde mox tota Aſia Turcis & Saracenis ceſſimus, poſtremò etiam nobiliore parte adempta, vix tandem in Europæ angulo deſidemus, & perinde quaſi nec hic deſediſſe ſatis grave ſit, adhuc domeſticis & inteſtinis tumultibus ac bellis diſſidemus, deterrimæ belluæ Mahometici monſtri, vires in nos armantes, quo fit, ut quantulumcunq; id tandem ſit, quod habemus, admodũ debilitatũ habeamus, idq; adhuc debilitabitur magis, niſi Eccleſiaſtici aliquid ſaltẽ agant, quo ſe Eccleſiæ filios pro tot tantisque beneficiis re ipſa probent: quam pro materna in nos authoritate, viri graviſſimi, ſic tacitam cum Sacerdotibus & Clericis Domini loqui putatote. Quantũ equidem amantiſſimi filii præteriti temporis ſuaviſſima recordatione recreor, tantum hac mea ingraveſcente ætate partim præſentium, partim adhuc impendentium malorum pondere proſternor. Quos ego adoleſcentula liberos unico meo ſponſo Chriſto Ieſu genui, & quos ex iis caſtris meis præfeci, ii certè in mea fuerunt

Multum ſi commodè ſedeant, fidei propugnandæ cauſa reſurgere quidem licet. Erraus, ſi in tanta deſidia, ne dicam malitia, Clericorum res Eccleſiaſticas ſtare poſſe putamus.

 fide

fide, pietate, & conſtantia, ut pro mea incolumitate nunc tyrannis, nunc hæreticis ſævientibus jugula ſua & apertè oſtentare, & ferienda dare nihil addubitârint. Qua in matrē pietate, filii mei profani excitati, ſancta quadam ſuperbia & beneficentia me etiamnum rudem, incultam, & pauperē, collatis opibus expolire, veſtire, & locupletare non deſtiterunt. Quid verbis opus? ſummis me & honoribus & opibus amplificatam, vobis ſi non augendam, ſaltem non deſerendam commendârunt. Cæterum vos, vos, inquam, filii, ita nunc ab iis, quos dixi, degeneraſtis, ut nec illos fratres, nec me novercam quidem, nedum matrem agnoſcatis. Quæ veſtra impietas eò mihi graviorem dolorem inurit, quo majoribus mihi & plurimis beneficiis vos, quam priores iſtos devinctos habeo. Illi ſola juſtitiæ corona & triumpho nunquam intermorituro invitati, ferrum, flammam, & quidquid deniq; terribile eſſe poterat, nullo deliniti humano ſolatio facilè contemnebant. Vos præterquam quod nihil horum à mei defenſione deterreat præter communem illam juſtitiæ coronam à ſorore triumphante exſpectandam, tot ac tantis inſuper opibus ac dignitatibus cumulavi, ut ſolæ iſtæ præmiorum mercedes vos ad hoc certamen obeundũ, meritò evocarēt. Et tamen quaſi nihil præmii ſit, ita quidquid eſt laboris defugitis. An non indigniſſimum, quas mei filii jam pridem mortui pietate, doctrina, & opum contemptu, opes mihi vobis ditandis partas reliquerunt, easdem vos, omnino officiorum immemores, non modò contrariis vitiis diſſipare, ſed & in mei perniciem convertere? Amara quidem prius eram in nece Martyrum, amarior poſt in conflictu hæreticorum, amariſſima verò nunc ſum in moribus domeſticorum; vobis interim, Sacerdotes, quaſi nihil ſit periculi, in utramque aurem dormientibus, vobis mollire

per-

pergræcantibus. Recognoſcite, quæſo, mecum perfidorum nefarios conatus, & intelligetis nullum & transfugis iſtis meis hoſtibus tam ſocordem ac inertem, qui non multò vigilet acrius ad meam perniciem, quam vos ad ſalutem. Terram dedi, cur non excolitis? urbes dedi, cur non ædificatis? vineas dedi & oliveta, cur non plantatis? cur non irruentes apros configitis? Hæccine aſcititiis veſtris imaginibus præ cæteris me & dediſſe & debere putatis? Si ego tantopere vobis ſum deſpecta, cur non & ſponſi mei, pro vobis cruci affixi, patrimonium deſpicitis? Cur non aliis id, me pro matre agnoſcentibus, & defendentibus, conceditis? Nonne æquiſſimum eſt, ſi vos meorum laborum & incommodorum partipes eſſe non vultis, ne & in bonis ſitis ſocii? Si non id à vobis obtinere & precibus & beneficiis tantis poſſum ut honori ſitis, & ornamento, ſaltem hoc obtineam, ne oneri & dedecori. Excutite aliquando iſtum, qui vos totos occupavit, veternum, quo in loco collocati ſitis, quantis præmiis, quibus pactionibus, quibus me tutandam obligationibus ſuſceperitis, tandem aliquãdo cogitate. Quod niſi propediem erit factum, hoc vobis etiam atque etiam confirmo, ſingulare meum decus & præſidiũ Chriſtum Jeſum, vobis tanquam ſpuriis repudiatis, imò tanquam putridis membris flamma & ferro præſectis, alios ſibi, priſcis illis ſimiliores, vel ex lapidibus excitaturum.

Hæc ſi cum Clericis, ut dixi, Eccleſia mater noſtra ſqualida ac lacera, lacrymantibus oculis loquatur, nonne debeat impetrare?

Vtinam ergo induerent, ſaltem extrema hac neceſſitate compulſi, Antiſtites Eccleſiæ ſaluberrimum illum furorem, quo ſibi ſubjecti in Collegiis, Monaſteriis, Parœciis, pœnarum formidine deſererent agere, quod debebant virtutis amore, ne

ſi remiſſius egerint, cum Heli aliquando filiorum delictum dependant. Vtinam huc omnes profunderent vires animi atque ingenij, ut quod in ſua functione & Deo & hominibus ſe pro virili facturos ſanctiſſimè jurarunt, id fideliter exequerentur. Utinam ſua ſe conſcientia, non adulatorum vocibus metirentur, illudque Principis Apoſtolorum paræneticum oculis & mentibus defigerent:
1.Pet. 5. *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque dominantes in clericis, ſed formæ facti gregi ex animo. Et cùm apparuit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.*

Quam ut & vos non fruſtra ſperetis, ſtudioſi adoleſcentes, etiam atque etiam vos moneo, ut ſi quandoque ad Angelicum ſperatis vos conſcenſuros Sacerdotium, jucundiſſimis vos prius hac florente ætate omnium virtutum exornetis floribus, & ditiſſimo eruditionis theſauro inſtruatis, ne ſemper propter miniſtrorum impietatem & imperitiam auguſtiſſima Chriſti Sacramenta contemnantur, rideantur, conſpuantur. Nautæ ad navis gubernationem non eligunt, niſi qui diu ad remos ſedit, & ab infimis gradibus per omnes ordines ad ſummum uſque ſua virtute & induſtria pervenit: quanto minus vos ad Domus Dei gubernationem & naviculæ, in qua Chriſtus cum ſua familia, quam ſanguine ſuo acquiſivit, vehitur, & habitat, rudes & inexercitati temerè aſſilietis? Nolebat Deus quenquam olim Reipubl. capeſſere moderamina, qui non egerat ac pauerat greges, ut in Saule. Davide, Moyſe, aliiſque eſt videre; & Chriſti ovium curâ ac animarum cenſorem ageret, jura legeſque præſcriberet, ſupplicia ſtatueret, de Chriſti merito paciſceretur, deque regni cælorum jure tranſigeret, homo partim ex ignorantia, partim

partim ex audacia ſceleribusque conflatus? Cogitate quàm ſit ardua provincia Sacerdotum, quamque ſit gravis ſarcina cura animarum. Apoſtolus Paulus vult ut Sacerdos ſit *ex hominibus λαμβανόμενος*, hoc eſt, ſeparatus, ſejunctus, &, ut propriè dicam, egregius; vult ut induat *viſcera miſericordiæ*, ut non ſolùm de ſe ſubmiſsè ſentiat, aliorumq; miſereatur, verùm etiam eò ſe demittat, ut putet peccata fratrum ſibi concreditorum eſſe propria, perindeq; in iis expiandis atq; ſuis ſit ſolicitus: requirit à Diaconis, ut ſint *inculpati, non bilingues, non vino dediti, & qui myſterium fidei in pura conſcientia portent*, hoc eſt, qui non ſolùm credant & habeant perſpecta fidei dogmata, ſed etiam animum immaculatum, iiſque vitiis liberum, quæ ſunt in aliis reprehenſuri. Si hæc in Diacono, quid in Presbytero? de quo ſub Epiſcopi nomine ſcribit, ut ſit *ſanctus, juſtus, pudicus*, præditus facultate obturandi ora adverſariorum, habeatque teſtimonium etiam ab iis, qui foris ſunt. S. Gregorius: Quiſquis, inquit Sacerdotium, non ad elationis pompam, ſed ad utilitatem adipiſci, deſiderat, prius vires ſuas cum eo, quod eſt ſubiturus, onere metiatur, ut, ſi impar eſt, abſtineat, & ad id cum metu, etiam cum ſe ſufficere exiſtimat, accedat. Sanct. Hieronymus: Grandis, inquit, dignitas Sacerdotum, ſed grandis ruina, ſi peccant: lætamur ad aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum. Nō eſt tāti gaudii excelſa tenuiſſe, quanti mœroris de ſublimioribus corruiſſe. Nec enim ſolùm pro noſtris delictis reddemus rationem, ſed pro omnium, quorum abutimur donis, & nequaquam ſumus de eorum ſalute ſolliciti. Gregorius Nazianzenus neminem vult de ſuſcipiendo Sacerdotio cogitare, qui non prius Deo ſe totum corpore & ſpiritu devoverit, obtulerit, mactarit. An verò Chriſtus ipſe, qui à primo momēto fuit ſummus Sacerdos, exſpectavit, quievit,

Heb. 5.

Sacerdotes à turba populi ſelecti & ſegregati ſint, ut nullo rerum caducarum viſco capti, nulla turpitudinis piec coinquinati, liberius ſanctiusque ſerviant Deo.

1 Tim. 3. & 4. Tit. 1.

vit,diſſimulavit; traditâ ſibi functione in triceſimum plus minus annum; & homo fragilis,peccatorum ſuorum ſibi conſcius, huc anhelaret atque prorumperet,antequam vocatur,invitatur? Synodus Neocæſarienſis non patitur ullum, quantumvis doctum ac pium,nominari Sacerdotem, qui non ſit annorum triginta. Si hoc ita viſum eſt Patribus,cum piorum ubique Sacerdotum exempla cunctos inflammarent, & ad id vitæ gen⁹ pertraherent, nunc certè inter tot propudioſorum hominum naufragia,quisquis ad hoc etiam Angelicis, ut loquitur B.Bernardus, humeris formidandum officium properat,apertam videtur cum plurimis ſuæ ſalutis jacturam exoptare. Audite quid Sancti noſtri majores olim,fecerint, ut obſtruſam hãc & infinitis difficultatib⁹ obſitam provinciam ſubterfugerent.S.Franciſcus, ut Sacerdotio inaugu-raretur induci nunquam potuit, Diaconique nomen & locum tenere usque ad occaſum vitæ perſeveravit.S. Bernardus à tribus opulentis civitatibus in Epiſcopum,à duabus in Archiepiſcopum electus, nunquam tantam dignitatem ſuſcepit.B. Dominicus quatuor Epiſcopatus oblatos recuſavit,ut & Thomas Aquinas Cathedram Neapolitanam, & Gregorius Nazianzenus Conſtantinopolitanam,Ammonius ad Epiſcopatum pertract9, dextram ſibi amputavit auriculam.Clemẽs I.Gregorius Magnus, Gregorius II. Leo IV.Benedictus, Nicolaus I.Hadrian9 II.Victor II.Leo IX.Stephanus IX.Victor III.Paſchalis II.Calliſtus II.Honorius II Alexander III. Cæleſtinus V. Nicolaus V. inviti formidandum onus Pontificatus ſubjerunt. Theodoretus, Maximus, Gregorius Thaumaturgus inviti,renitentes,nolentes creati ſunt Epiſcopi.S. Auguſtinus ubertim flẽs,à populo cogẽte & compellẽte ordinat⁹ eſt Presbyter anno ætatis ſuę 37. Nilâmon maluit mori, quàm Sacerdotio inaugu-

gu-

gurari. Paulinus nobiliſſimus Romanus, à populo vi correptus, Presbyteratu initiatus eſt invitus. Quanti autem ponderis æſtimârit hoc munus, poſtea declarat ipſe, cum inquit: Data cervice in jugum Chriſti, video majora me meritis & ſenſibus opera tractare, jamque arcanis & penetralibus Dei ſummi receptum & inſertum, communicare cœleſtia, & Deo propius admodum in ſpiritu ſuo Chriſti & corpore & ſplendore verſari. Vix adhuc intellectum ſacræ molis capio mentis anguſtiis, & onus muneris mei, conſcius infirmitatis, horreſco. Magnus verò ille Philoſophus Sineſius quid non egit, quam non artem adhibuit, ut Epiſcopatus onus effugeret? Div. Ambroſius (ut complures alios ſilentio obvolutos ac ſepultos prætermittam) ne Epiſcopus ordinaretur, ſe adulterum & ſanguinarium publica profeſſione ab omnibus credi voluit.

Nihil jam reliquum eſt, Auditores ornatiſſimi, niſi ut per hanc ſemitam à majoribus noſtris prius calcatam incedamus, in eorum mores & inſtituta abeamus, quantis denique intervallis ab ipſorum integritate degeneraverimus, quantusque noſter morbus ſit, edocti, tandem aliquando ſeriò de remedio contrario cogitemus.

XIX. PARÆNESIS AD POEnitentiam.

EXORDIUM *à contemptu hujus Sacramenti.* Veterator ille magnus, & oppreſſor divinæ miſerationis crudeliſſimus, ut pœnitentiæ ſaluberrimæ odium peccatoribus inſtillet, ac tam neceſſarium gliſcentibus Chriſtianæ conſcientiæ vulneribus remedium crudeli calliditate profligatæ vitæ hominibus (quo in morte criminumque lethargo ſepeliantur) eripiat, atque adeò populum hac temporum fece ad rerum omnium mutationem an- *Vide Catecheſes Matthai Galeni editas ab Andrea Crocquetio*

& lib. tres P. G[illegible]ri de Diſciplinis.

helantem magis dementer; per hæreticos miniſtros ſuos, egregiè fœdos, fidos dixiſſem. conſtanter docet accurateq; defendit, huius auguſtiſſimi Sacramenti labores, tanquam crudelem tyrannidem & carnificinam Chriſtianæ libertati repugnare. Quæ belli tuba ubi ſemel increpuit, ingentia agmina ex caſtris Eccleſiæ ruunt in barathrum Calvinianum; innumerabiles à corpore Eccleſiæ ſe abſcindentes, ambobus, quod ajunt, pedibus eũt in Anabaptiſmum; alii alio itinere in avia Lutheranorũ diſcedunt; pauciſſimi in majorum ſanctiſſima religione perſeverãt. Atq; in tam exiguis caulis Chriſti (quod miſerrimum eſt) hac de re omnium utiliſſima, in qua ſalutis noſtræ cardo verſatur, & cuius (ut ait Tertullianus) omnes ſumus mancipia, ne milleſimus quidem ſeriò laborat, quaſi, utramq; in aurem ſecurè dormiendo in peccatis, recta ad cœlum eſſemus evolaturi.

Propositio. Cùm ſentiam me eiusmodi & virorum & adoleſcentum graviſſimo ac jucundiſſimo aſpectu mirificè recreari, & ad dicendum excitati, qui non minus quàm ego, & optimus quisque, tantam impietatem execrantur; certum deliberatumque mihi eſt, Pœnitentiæ dotes, diverſis hæreſion arietibus miſerandis modis luxatas nec non peſſimis Catholicorum moribus fœdiſſimè deformatas, ſtudioſis ad pietatis arcem pleno gradu contendentibus verbis, quam fieri poteſt, pauciſſimis in memoriam revocare, cum ut plerique gaudeant, ſe hac ſecunda ſalutis tabula ex peccatorum naufragio ſæpe enataſſe: tum, ut omnes ferventi quodam amore in Deum accenſi, ad eam frequenter recurratis.

Optarem quidẽ vobis magis idoneum pœnitentiæ præconem obtigiſſe, qui vos non voce ſolùm, ſed vultu etiam geſtuq; ad eam provocaret, qualis erat olim Joannes Baptiſta, inſignis pœnitentiæ aſſer-

aſſertor, cum ſuis locuſtis, melle ſylveſtri, camelorum pilis, & reliqua ſua nuditate. Verùm cùm id. fruſtra jam optem, & ſemel in hanc miſſus ſim provinciam, humanitate veſtra & hilari vultu fretus, audenti animo orationem tam ſalutarem in hoc ampliſſimo frequentiſſimoq; conſeſſu ingredi non pertimeſcam.

CONFIRMATIONIS I. *Locus à Pœnitentiæ præſtantia*, quam docet 1. antiqua & veneranda eius canities, ſeu antiquitas 2. eius auctor & inſtitutor longè Clementiſſimus Deus. Nam in tota Scriptura Divina SpiritusSanctus copioſiſſimè nobis depingit, quas pœnitentia jactet imagines, quibus glorietur proavis, quamque ingens venerandæ ſenectutis oſtentet decus. Vix lapſus erat generis humani parens Adamus, & illicò vocatus ad criminis confeſſionem, ſe ac ſociam Evam aſperis perizomatis ex foliis ficulneis quaſi ſacco & cilicio in ſignum pœnitentię induebat. Cain vix dum ſtillantem fraternum à manibus ſanguinem abſterſerat, cùm eodem à Deo incitaretur. Tota lex Moyſis quid, quæſo, fuit aliud quàm Catecheſis pœnitentiæ & pædagogus ad Chriſtum? ad quem profectò ſine pœnitentia accedit nemo, qui & ipſe ſuam œconomiam à pœnitentiæ prædicatione exorſus eſt, & antequam Evangeliſmum ſuum aggrederetur, per præcurſorem Judaico populo huius virtutis rudimenta tradi curaverat. Univerſa lex aliud nil penè quàm pœnitentiæ perpetuam exprimebat imaginem. Præſcribebantur enim in ea certis peccatis peculiares victimæ, ex quibus promptum erat ea poſtmodum colligere. Jubebatur non recipi cuiusquam victima, priusquam Sacerdoti culpâ retexiſſet. Dum ſe præbent ſpectandos Sacerdotibus leproſi, manifeſtum nobis huius rei exhibent exemplar. Omnes Prophetæ Deoque dilecti viri quid aliud peccatorib' concionabâtur, quam

Pœnitentia apud primos Dei cultores ipſius naturæ fibris ac viſceribus inſita fuiſſe videtur.

Gen.3.4.

Lev.4.5.6.14.Num.1.

Quia omne peccatum divinitatem afficit contumelia, illiusque detrahit honori pœnitentia verò eſt reſti-

tutio quadã Deo facta imò & damnũ proximo illatum cõpenſat, certè juſta eſt, & per cõſequẽs honeſta pœnitentia.

quam ut pœnitentiam agerent, ſi ſalvi eſſe exoptarent? imò iſto quaſi Philtro divinam miſericordiam eliciebant, & ſtillare ſuper populum cogebant, dum partim ſua, partim populi peccata confitebantur. Jobus & Salomon non ſemel homini certum denuntiant interitum, quem ab ingenua admiſſorum confeſſione ignavus abſterret pudor.

Tob. 3. Nehem. 9. Dan. 9. Iob 33. Prov. 28.

Diſcipuli Ioannes non illaudata dant exẽplũ pœnitentiæ, confitentes homini laico Matt. 3 + 10. Marc. 6. Apoc. 2. 3.

Joannes Baptiſta illud τὸ μεσότοιχον, Legis & Prophetarum limes, novam inſtituebat Scholam pœnitentiæ, in qua cum huius duntaxat virtutis rudimenta vociferaretur, meretrices, milites, publicani; non detrectabant ei, licet nullas haberet claves, ſeu remittendorum criminum nulla facultate eſſet præditus, confiteri. Chriſtus Jeſus miſericordię theſauros in miſeras terras effuſurus, eandem cum Joanne canit cantilenam; *Pœnitentiam agite.* Idem amandans legatos ſuos, quos Apoſtolos vocamus, ad concionandum, eandem illis formulam præſcribit, & in orbem univerſum deportandam evolvendamque tradit. In Actis Apoſtolicis tam denſa eſt pœnitentiæ mentio, ut iniri numerus non poſſit. Pauli & cæterorum epiſtolæ videntur in eum præcipuè uſum directæ, ne pœnitentiæ obſoleſceret memoria. Joannis revelatio ſecundo tertioque capitibus eundem coccyſmum (ſi ita loqui licet) repetit, & dum obiter extremi judicii terrorem admiſcet, pœnitentiæ commendationem obtuetur. Quod tantopere prædicatur in Scripturis Divino Spiritu proditis, non poteſt non videri honeſtiſſimum. Atque ut ex amœniſſimo Salomonis hortulo, ex pagina, inquã, divina, duo adhuc decerpamus pœnitentiæ exempla, revoluite mecũ aciem veſtrarum mentium ad Iſraëlitas qui ob graviſſima peccata nunc in vaſta eremo manna ſuffocati, moribundi acervatim proſternuntur, nunc beſtiarum dilaniatione diroque ignitorum colubrorũ morſu extinguuntur, nunc

hoſtium

hoſtium irruptione duro captivitatis jugo collum ſubjiciunt, nunc terrenorum & peregrinarum nationum diris mucronib⁹ concidunt, nunc ſexcentis aliis horrendis à Deo ſuppliciis mactantur. Quoties verò arma arripiunt pœnitentiæ, confeſtim omnia Martio furore diruta ac proſtrata reſtituunt, vaſtitatem ab agris, direptionem & incendium à tectis repellunt, avitam & gratam libertatem recuperant, innumeras hoſtium copias fundunt, & victoriam de ipſis ſplendidam ac glorioſam reportant. Neque ſolùm Judæi (qui ſoli in toto orbe Deum adorant) ſtrenui pœnitentiæ cultores fuerunt, ſed etiam Ninivitarum barbarum & idololatriæ teterrima caligine obſeſſum vulgus, unius homunculi, habitu naufragi, vultu peregrini, & extorris voce permotum, arrepta pœnitentia, iram divinam jam jam cervicib⁹ ſuis imminentem mitigavit, oculos Dei ad ſe retraxit, & furentem ejuſdem ſententiam mutavit.

Poſtquam enim Jonas ampliſſimam illam civitatem, quæ trium dierum iter continebat, ingreſſus, clamare cœpit: *adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.* Rex omni amputata mora ex regali throno deſcendens, regiis ornamentis abjectis, indutus cilicio & ſacco, cinerem capiti impoſuit, ac edicto ſevero tum homines, tum pecora ad jejunia duriſſima adegit, quò in ipſum uſque cœlum flebile quiddam emugiẽtes, ac ſqualore quodam obſiti, irati Dei eblandirentur favorem. Quis ad hanc populi, nullis divinæ providentiæ beneficiis aſſueti, non legibus, non miraculis ullis fulti, pœnitentiam terroribus plenam non attonitus obſtupeſcat? Miſera, miſera profectò fuit populoſiſſimæ civitatis facies, cum in ea non ſolùm cujusvis ætatis, ſexus, ordinis homines; ſed ipſa etiam jumenta ſacco operta fortiter eſuriebant ac ſitiebant, atque ita omnia confuſis ubiq; vocibus & la-

& lamentis perſonabant. Hic balatus ovium, illic mugitus boum; hic puerorum, illic mulierum virorumq; intolerenda fame laborãtium voces, ejulatus, gemitus, ploratus, rugitus audiebantur, omnesq; mortem ipſam velut oculis impendentem perhorreſcebant. Tam inſignis pœnitentia (quam & ipſe Chriſtus inſigniter laudavit) urbem omnium opulentiſſimam nutantẽ, ac jam jam caſuram ſalvavit, atque ne diriperetur, ſuorumq; civium in cæde ac ſanguine nataret, impetravit.

Non ſolùm tota S. Scriptura nos ſeriò ad pœnitentiam invitat, ſed univerſus etiam Senatus Patrum, qui loquacibus hæreticorum & aliorum infidelium nugis inexpugnabili quadam & Apoſtolica prudentia reſiſtẽtes, partim ſanguine proprio ſua dogmata conſignarunt, partim quaſi fragrantiſſimo quodam unguento ipſum cœlum ſcriptis ſuis exhilararũt, partim miraculis & ſigni vitæ puritate habitatorem ſuum Deum non obſcurè declararunt. Joannes Chryſoſtomus (ut ex immenſo Patrum Oceano unum citem pro mille) quo die in Pontificiali Cathedra Patriarchatus Conſtantinopolitani, præſente Imperatore Arcadio, multisq; Epiſcopis ſummo cum honore collocatus fuit, & regendarum tot animarum graviſſimam ſarcinam in ſuos humeros devolvi permiſit, ſic, aureo ex ore aureum & divinum orationis flumen fundens, ſuum ad eos ſermonem exorſus eſt: Nos, qui ineffabilibus Dei rationibus ideò ad vos venimus, ut voluntatem eius teſtificemur, hoc verbum à Chriſto & præcurſore ejus accipientes, vobis annuntiamus, & ſuademus: *Pœnitentiam agite, prope eſt enim regnum cœlorum.*

II. Locus docebit, quam magnificis nos muneribus ſeria cumulet pœnitentia, ſeu ejus UTILITATEM.

1. Quid hominem poſt Baptiſmum relapſum ac inimicum Dei factum, fractis cathenis ruptisque laqueis peccatorum, Deo reconciliat? Pœnitentia.

Quid nos ex vortice mortalis peccati tanquam è naufragio tranſvectos in gratiam amicitiamque Dei reducit? Pœnitentia. Si quis adoleſcentiæ temulentiam, roburq; juventutis diabolo conſecraverit, ſi quis eius laqueis uſq; ad decrepitam ætatem irretit s, Venerem, Comum, Bacchum, Mammona, Stigiosq; reliquos Lemures veneratus fuerit, totq; peccata cumulaverit, quot ipſe Manaſſes, qui *Ieruſalem ſanguine uſque ad eos complevit*; ubi tamen ad hanc medicinam acceſſerit, repente ex filio gehennæ hæres Dei & cohæres Chriſti conſtituitur. Neque ſemel duntaxat, ſed iterum, tertiò, centies, millies, imò ad extremum uſque halitum vitæ præſentis, quoties ſiliquis porcorum & flagitiis exſaturatus, pium ad parentem cogitat redire, ita liberatur ac purgatur, ut nullum in eo peccatum, etiam in purgatricibus illis flammis excoquendum, relinquatur, adeò ut B. Auguſtinus Deum eſſe tam benignum aſſerat, ut niſi nobis ipſis defuerimus, nec cicatrices quidem vulnerum ſupereſſe patiatur. Cum enim Sacramentum ſit omnipotens, quia nititur Sanguine omnipotentis Agni, ſi quis poſt pœnitentiam ſentiat ſe retrahi ad ſordes, non eſt culpa Sanguinis Chriſti ſed eius qui ſe, peccataque ſua probè non eſt ultus. Quantum hic ſit beneficii facilè intelligitis, quib⁹ compertum eſt, quantæ ſit virtutis & gratiæ, hominem filium diaboli, hæredem inferni, mancipium peccati, ſemel liberatum, factum Dei filium, Chriſti fratrem, æternæ felicitatis alumnum, ſeſe iterum in priſtinum cœnum immerſiſſe, ſponteq; iisdem ſe ſubjeciſſe miſeriis, atque ab illis rurſus extractum, & ad priorem dignitatem revocatum eſſe.

Hoc cum ponderibus ſuis examinarent Sancti jam in cœlos ad divinas delitias abrepti, maluerũt certatim tortoribus cervices præbere, & omnia

prius

Digitized by Google

prius perpeti, quàm peccatis iram Dei contra ſe concitare, ſub Decio & Valeriano perſecutoribus (ut refert D Hieronym.) callidus hoſtis, animas cupiens jugulare, non corpora, perſeverantem quendam in fide Martyrem, juvenili ætate florentem, in amœniſſimos hortulos præcepit abduci, ibique inter lilia candentia & rubentes roſas (cum leni juxta murmure aquarum ſerperet rivus, & molli ſibilo arborum folia ventus perſtringeret) ſuper exſtructum plumis lectum reſupinari, & ne ſe inde poſſet excutere, blandis ſerico nexibus irretitum relinqui. Quò cum recedentibus cunctis, meretrix ſpecioſa veniſſet, cœpit delicatis ſtringere colla complexibus, &, (quod dictu quoque ſcelus eſt,) manibus attrectare eas corporis partes, quas natura verecunda abdidit atque occultavit. Quid ageret miles Chriſti, & quò ſe verteret neſciebat. Tandē cælitus inſpiratus, præciſam morſu linguam inoſculātis ſe faciem exſpuit, lucidiſſimam certè pudicitiæ facē præferens iis, qui corpus ſuum à Chriſto redemptum ac retinctum, veluti cloacam ac ſentinam ſordium ſtatuere, hoſpitem Spiritum Sanctum exturbare, ac diabolum impuriſſimum draconem revocare non reformidant. Sanctus Ludovicus Rex Gallorum abeunte ætate perſuaſum habebat, ſatius eſſe mori, quàm peccare. Sanctus Edmundus Archiepiſcopus Cantuarienſis frequentiſſimis ſolebat uſurpare ſermonibus, ſe malle in ardentiſſimum rogum inſilire, quam unquam in Deum ſuum peccare. Sanctus Anſelmus etiam Archiepiſcopus Cantuarienſis: Si hinc, dicebat, peccati honorem, inde inferni dolorem viderem, & neceſſariò uni eorum immergendus eſſem, prius infernum, quam peccatum appeterem, & potius innocens gehennam intrarem, quàm peccati ſorde pollutus, cœlorum regna conſcenderem.

Sic & Paulus ille ſenſit Tarſenſis, cùm incredibili dilectionis flamma accenſus, ſcripſit. *Quis nos ſeparabit à charitate* CHRISTI? *tribulatio, an anguſtia, infames, an nuditas, an periculum, an perſecutio, an gladius? Certus ſum quia neque mors neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes: neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei.* Malo hic admirari, & tanquam è longinquo loco ſuſpicere, quàm vel attingere admirandum odium in peccatum, ſeptem Machabæorum & matris eorum, quæ ſeptem filios ante oculos ſuos diſcerpi, dilaniari, carnem cum cute ab oſſibus eorum (quouſque patefactis viſceribus inteſtina diffluerent) abradi, & mille modis excarnificari paſſa eſt, ne unicum divinæ legis præceptum perurgente Antiocho Rege, violaret. Vos ipſi judicate, Auditores, quot myriades hic poſſim recenſere Martyrum, qui ne manus porrigerent victas peccato, jugulum ſuum crudeliſſimis tortoribus præbentes, aciem gladiorum retuderunt, ſanguine ignes reſtinxerunt tolerantia carnificinam ac morte vim hoſtium vicerunt. Judicate quot hic poſſim in mediũ producere exempla eorum, qui maluerunt nudi in ſpinis volvi, & hyeme media in nivibus volutari, atq; glacie quã libidini carnis (quæ in illis diabolo accedente, ardebat) obtemperare. Eſt igitur quod lætentur, & maximo gaudio perfundantur pœnitentes, qui immani hac peccati peſte liberati, iſtis jam civibus regni cœleſtis concenturiantur.

2. Videmus quotannis, cùm à nobis cœleſtis ille fulgor calorq; Solis recedit, omnia quæ ſub Lunæ globo ſunt, quoddammodo ſtatim exanimari, terram, ſuis omnibus ornamentis ſpoliari, folia ex arboribus decidere, herbas exareſcere, omnia plena horroris, plena frigoris, nullam viriditatẽ, nullos

flores, nullos fructus apparere. Cum autem verno tempore tempore Sol propius ad nos accedit, ecce jam rerum omnium incredibilem quandã ac mirificam alacritatẽ, ut omnia lætari, omnia quodammodo ridere videantur: jam terra ſeſe aperit, jam herbas virẽtes, flores amœniſſimos, fructus ſuaviſſimos emittit, & quò magis calor Solis invaleſcit, tantò maturiores ac uberiores fruges emittuntur, neq; ita multò poſt lætitiæ Bacchus dator ſua nobis munera largitur & *ſpumat* (ut cũ Poëta loquar) *plenis vindemia labris*. Hanc præclaram ac æternam naturæ legem cùm aſpicio, videor mihi quandam pœnitentiæ imaginem atq; effigiem intueri. Cùm enim illa à nobis ſacri gregis Chriſti alumnis recedit confeſtim omnia ſceleribus & vitiis replentur, adeò ut à ſummo vertice ad plantam uſque in corpore Eccleſiæ vix quicquam à ſordibus peccatorum liberum relinquatur. Cùm verò eius ſplendor affulſit, continuò è medio tollite omne virus peccati, omnes tenebræ & procellæ vitiorum diſſipantur, & cumulatè nobis amiſſa gratia refunditur. Nam qui ferè tepeſcimus ante peccatum mortiferum, & uſque ad infimum juſtitiæ gradum degeneramus, cùm recipimur in gratiã (ſi incaluerimus ſtimulis veræ pœnitentiæ, ſi cum Davide & Petro divinum quoddam œſtrum conceperimus) non languidulas recuperamus virtutes, non in extremo jam conſiſtimus gradu, ſed in ſummum faſtigium evehimur. Etſi poterat Dei juſtitia in ſæpius relapſos durius animadvertere, & frequenter inquinatos minori ſemper gratia donare; tamen cum flagitioſiſſimis liberaliſſimè agit; ac revertentibus uberioris bonitatis ſuæ pandit divitias, quam iis, qui conſtanter in accepta ſemel juſtitia perdurarunt. Siquidem filio frugi nunquam eſt mactatus vitulus, ſed tum ille demum lanienæ fuit adjudicatus, cum prodigus filius ad

pater-

paternas ædes reverſus eſt, cum calcei, ſtola, annulis proferri jubebantur. Quem, quæſo pœnitentē tuam ingens lucrum non animaret, erigeret, inflāmaret? Conſciſcit ſibi interitum infelix peccator ſuo vitio, Dei autem miſericordia reſurgit & toto agmine cumulatur virtutum. Ingreditur regina ac domina virtutum charitas, cum qua præter alia chariſmata Spiritus ſancti, (quę incubantibus peccatorum denſiſſimis tenebris exulabant) fides ac ſpes redivivæ ſedes recuperant antiquas. Quarum illa in intimis animæ fibris tam fortes agit radices, ut in ſimpliciſſimis pueris & virginibus nec hæretica perverſitas, nec tyrannorū ſævitia, nec omnis dæmonum machinatio eam poſſit extundere: hæc verò nō dubitat poſt graviſſima etiam peccata Dei miſericordiam pertinaciſſimè ſibi polliceri, & quamvis electorum audiat paucitatem oleis, ficubus, acinisq; ex toto proventu relictis comparari, ſeſe tamē inter paucos numerat, & fortiſſimè ſperat in media deſperatione, quæ exanguis & languida averſis à Dei bonitate oculis in fœdiſſimam horrendamq; peccatorum cloacam & immanem gehennæ flammam duntaxat intuetur. O fœlix & ter beata hora pœnitentiæ, quæ maculas in fibris ac viſceribus animarum hærentes eluit, mortis æternæ chirographum disrumpit, à Satana & confertiſſimis hoſtium cuneis liberat, mortis & inferni portas claudit, innumerabiles denique illas Angelorum legiones in cœlo exſultare & gaudio maximo geſtire facit. Felix, quæ multorum annorum labores & merita exſtincta uno partu revocat ad vitam, integrum virtutum chorum advehit, ſerenitatem menti, hilaritatem conſcientiæ, ſanitatem animæ reſtituit. Felix, quæ mentis humanæ ſuperbia fracta, eam ad cœleſtem patriam æterna cum felicitate perducit. Quam certè felicitatem nemo, ſpero, noſtrûm cum totius

Digitized by Google

orbis imperio commutaret. *Quid enim prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ jacturam faciat* ſempiternam, & peracto huius vitæ brevi curriculo, ad perpetuos gehennæ ignes condemnetur?

III. Necessitatem pœnitentiæ docet, quòd nullius anima lethali vulnere confoſſa ſine hac ſalutem conſequi poteſt. Nam ſi omnes quotquot in cœlis degunt, Sancti eam impœnitenti deprecarentur, nullo modo poſſent impetrare: imò verò ne ipſe quidem cœlorum Dominus (ut loquitur D. Thomas) impœnitentem; quamdiu ita permanſerit, poteſt beare: Fixa enim, fixa manet illa ſententia: *Aut pœnitendum, aut in perpetuis flammarum globis ardendum eſt.*

Accedit, quòd nemo dubitare poteſt, indignam eſſe Chriſtianis raram Communionem, ſi diligenter expendat, quid Chriſtus, noſtri amātiſſimus, atque adeò incredibili charitate ebrius, eo tempore, quo jam eſſent in illum conjiciendæ manus hoſtium, & tantum non erumperet ille ſanctiſſimus inſtantis paſſionis cruor, nobis legārit. Non veſtes, non aurum, non gemmas, non terram, non cœlum donavit; ſed totum ſuum corpus, totum ſanguinem, totam denique animam integra deitate completam. Quis tanto legato non frequenter eſſe utendum exiſtimaret? Profectò qui legavit, perſuaſum habebat beneficii magnitudinem effecturam, ut omnes huc ſponte ſua advolarent. Ideo majores noſtri communicabant quotidie, & Eccleſia in Apoſtolorum conſtituit Canonibus, ut qui diebus Dominicis templum ingrederentur, & non communicarent τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ſi clerici eſſent Ordine moverentur: ſi laici, Communione privarentur. Theophilactus, poſtquam dixiſſet, Chriſtianis pro omnibus Moſaicis præmiis cœleſte regnum eſſe propoſitum,

pro

pro terrenis, addit ſuppliciis unica hæc pœna videtur graviſſima, ſi quis rejiciatur à menſa Domini. Nec aliud docent Annales Eccleſiæ, in quibus videre eſt pœnitentes innumeras excarnificationes alacriter perferre, ut ſaltem in fine vitæ poſt omnem exantlatam pœnitentiæ carnificinam, ab hoc ſpirituali convivio non arceantur. Ex Cypriani epiſtolis pluribus licet videre, quibus modis egerint pœnitentes, ut ad Sacramenta redirent, quid non tentarint, quomodo ſanctos Martyres tantùm non coëgerint, ut pro pœnitentibus & abſtinentibus ſuum quaſi ſanguinem oppignorarent. Quod ſi priſci illi tantum laborabant, ut fruerentur calice Domini, an non debemus impenſiſſimè nobis gratulari, qui quotidie eò poſſumus penetrare, & ſi quando nos inde contingat arceri, credere nos maximo mulctatos eſſe damno?

Sic judicabat Auguſtus Imperator Theodoſius, cui cum eſſent injecta cœleſtia vincula, jamq; per octo menſes in ſuo degeret Palatio, nec pateret aditus in Eccleſiam; ſub Chriſti diem natalitium fertur ingemuiſſe, planxiſſe, miſeriſq; modis animo diſcruciatus fuiſſe, Ruffinoque mœſtitiæ cauſas inquirenti reſpondiſſe: Quomodo ergo non affligar? Cùm ſervis & mendicis divinum templũ ingrediendi libera ſit poteſtas, mihi non modo id tangere nõ licet, verum etiam ipſum cœlum clauſum eſt. Neque enim divini illius oraculi non memini quod diſertis verbis ſtatuit: *Quæcunque* à Sacerdotibus Dei ligata fuerint in terris, ea etiam in cœlo certò eſſe ligata. Qui hæc loquebatur, noverat profectò quanta ſit infelicitas hominem ſuopte merito à Sacramentis divinæ gratiæ vaſis excludi. Si quis priſtinum illum vigorem hac mundi ſenecta evanuiſſe dicat, quid cedo reſpondebimus hæreticorum alacritati, qui cum in ſuis myſteriis piſtorum duntaxat panem & vinum porrigi

Niceph. lib. 12. hiſt. Eccl. cap. 41.

non ignorent, tamen verbis hæreſiarchatum ceruſſatis ac venenis pigmentisque incruſtatis mirum in modum aſcenſi, maxima cum inſania ſitibundi, ad meras creaturas, ſuumque illud impiamentum ſæpè provolant atque prorumpunt? Quis igitur vitæ æternæ candidatus non per feriæ pœnitentiæ labores frequenter ſibi ad hanc impenetrabilem panopliam viam muniret? maximè cum non minus verè quàm ſeverè aſſerat Paulus, eos, qui non rectè præparati accedunt ad hæc tremenda myſteria, reos eſſe corporis & ſanguinis Domini, & tam grande piaculum admittere, ac ſi cum Judæis Chriſtum egiſſent in crucem. Ideoque non tuliſſet, non tuliſſet, inquam, ſanctiſſima ſeveriſſimaque vetuſtas ſcortatores, avaros, periuros, ebrioſos, & id genus hominum ſacris operanti Sacerdoti aſſiſtere, ne dicam, cooperari: imò confeſſæ impietatis hominibus, ne ad ipſas quidem fores templorum licebat accedere. Vtinam hac tempeſtate, qua abhinc quadringentis aut circiter annis prophana turba, ſublatis repagulis, ab ipſis aris arceri deſiit, utinam, inquam, jam naſceretur aliquis Ambroſius, qui non religioſiſſimum Imperatorem Theodoſium, à Sacerdotum ſtatione diſcedere juberet, ſed ganeones, lupas, fœneratores, fures, & ebrioſos pridiano mero putentes, & nocturnam crapulam in Sacerdotem exhalantes, à ſanctiſſimis altaribus revelleret. D. Chryſoſtomus ad Sacerdotes auream ſuam linguam ſolvens: Non parva, inquit, vobis imminet pœna, ſi quem aliqua improbitate teneri ſcientes; ei huius menſæ participationem permittatis. Sanguis enim eius de manibus veſtris requiretur. Si dux igitur quiſpiam, ſi conſul ipſe, ſi qui diademate ornatus indignè adeat, cohibe, coerce, majorem tu illo habes poteſtatem. Si ipſe pellere non audes, mihi indica. Non permittã iſta

fieri,

fieri, animam prius tradam meam, quàm Dominicum alicui Corpus indignè; ſanguinemque meum effundi potius patiar, quàm pretioſiſſimum illum Sanguinem, præterquam digno, concedam. Vt igitur clypeus & haſta nobis contra omne malum ſit Euchariſtia, Divinam majeſtatem læſam & noſtram conſiderantes fœditatem; hinc gehennam, illinc cœlum aſpicientes, vel hoc temporis articulo certum induamus propoſitum pœnitentiæ, devoremus quidquid in ea eſt tædii, & quod in neceſſariis facimus, ſive jucunda ſint ſive moleſta, hic exequamur, maximè cum dicat ſeverus olim futurus peccatorum judex ultroque Chriſtus: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.*

IV. Locus, CONFUTATIO, *erit congreſſus cum delicatis quibusdam ac mollibus Chriſtianis, qui licet millies acceptam in Baptiſmate gratiam ingratiſſimi projecerint, tamen eos ad delicias aſpirantes perinde ac parvos puerulos ſevera ac torva quodammodo pœnitentiæ facie ita deterret, ut ad eam propius accedere perhorreſcant.*

Sæpenumero permirum mihi videri ſolet reperiri nonnullos veræ religionis alumnos uſque eò excordes, ut poſt graviſſima peccata, nihil agendo ſe ad miſericordiam pervenire poſſe credant. Etſi enim meritorum Chriſti in exhauſtum eſt pelagus: & hic Agnus ab origine mũdi occiſus, omnes, qui unquam vixerunt, juſtos beavit tamen idem ille ſemper aliquid proprii laboris & operæ à peccatoribus (gehennæ ſupplicia, mortem æternam, divinitatis offenſam placare, redimire, effugere volentibus) exegit. Nonne Adam Chriſti merito beatus eſt. Sic docuit Eccleſia, cùm olim damnaret Encratitas. Eodem merito mater omnium Eva ſervata eſt. Et tamen dictum eſt ter infelici Adamo: *Quia feciſti hoc, in ſudore vultus veſceris*

pane tuo. Cur non ibi reſponſator Adamus tergiverſabatur? Quæ Deus eſt iſta ruſticatio? quam tu mihi pœnam, quos labores denuntias? quam Filii tui ſanguis eſt redempturus, atque à peccatis expiaturus? Num aliquid ſudor hic meus immortali pretio eſt additurus? minimè, ille quidem te redimet, ſed nihilominus eſt aliquid tibi luendum ſupplicii. Quis non veram Dei reſponſionẽ agnoſcat? Exturbatus enim Adamus ab armato Cherub flammante gladio ex omnibus ſuis delitiis, atque extruſus in horridam vaſtamque terram, mox in illam, de qua fuerat aſſumptus, reverſurus, totius felicitatis ſuæ fecit jacturam, totque calamitatibus evaſit inſignis, quod fuerat antea conſpicuus dotibus atque ornamentis. Ad eundem modum Chriſtus Evam ab inferis ereptam ſecum deduxit in cœlos, nemo tamen ignorat eam ad ſæviſſimos dolores fuiſſe damnatam. Nemo igitur, prima illa Baptiſmali innocentia amiſſa, hunc laborioſum pœnitentiæ Baptiſmum contemnens, peccata ſua de cornibus patibuli Chriſti ſuſpendat, nemo ſuæ ſocordiæ bonitatis Dei abyſſum & inexplicabiles clementiæ Chriſti theſauros prætexat. Sed qui bona cum fiducia ad tremendum Dei tribunal olim venire exoptat intrepidus, ſibi ipſi judex ultroque rigidus exiſtat.

Eſt, eſt profectò quod nos pudeat noſtrarum deliciarum, ſi intueamur pœnitentiæ ſeveritatem, quæ olim in Eccleſia florebat, cũ jam fax Evangelica per univerſum orbem coruſcaret. Pertinebat ad illam aſperitatem ultra ciborum lavacriq; injunctas abſtinentias, multasq; alias indictas, ſeparare hominem vel à Communione, oblatione, oratione; vel à convivio, colloquio, converſationeque fidelium; vel illi ingreſſu Eccleſiæ interdicere, aut ab equitatione removere, aut in Mona-

Monaſterium veluti in ſacrum carcerem, peccatorum usque ad mortem includere. Qui publica, non ſecreta ſatisfactione emendabantur, toto pœnitentiæ tempore in Eccleſia cum gemitu & planctu ſe proſternentes, omnem Eccleſiæ plebem fletibus inundabant. Pœnitentiam autem publicam ſolemnem (quæ ſemel duntaxat concedebatur) accepturi, primo die Quadrageſimæ ſacco cilicioque induti, nudis pedibus vultuque in terram demiſſo pro foribus Eccleſiæ coram Epicopo ſe proſternebant, Parochis & Archipresbyteris præſentibus, pro quorum arbitratu (lachrymis converſationeq; eorum perpenſis) pœnitentia imponebatur. Mox illis in Eccleſiam introductis, Epiſcopus unà cum clericis in terram proſtratus pœnitentiæ Pſalmos pro eorum abſolutione cantabat: poſtea ab orando ſurgens, manuq; illis impoſita aquam benedictam ſuper eos ſpargebat, & injecto prius cinere, cilicio eorum capita operiebat, crebrisque ſuſpiriis & luctibus denunciabat eis, quod ſicut Adam propter peccatum ejectus fuit è Paradiſo, ita ipſi ab Eccleſia pro ſuis criminibus projicerentur. Jubebat deinde miniſtris, ut eos è templo expellerent, quod dum fieret, Clerus cantato hoc verſu: *In ſudore vultus tui*, eos explodebat. Hoc autem facto, ita à liminibus Eccleſiæ extorres illi erant, ut niſi in ſacra Domini Cœna (& tunc ab eorum Decanis & Presbyteris deducti) ea attingere non poſſent. Non abhorruit ab hoc publico pudore (cogente ter ſanctiſſimo Epiſcopo Ambroſio) Theodoſius Imperator, qui per totos novem menſes pœnitentiæ ignominiam & intolerabilem illam è ſacris omnibus conventibus ejectionem fortiter contempto pudore devoravit. Trivit ſummus Imperator fronte ſolum, expanſis manib⁹ proſtratus humi, indutus cilicio, Davidicam vocem emiſit: *Agglutinata eſt pavimento anima*

 mea,

mea, vivifica me ſecundum verbum tuum. Ita manibus capillum vellens, frontem percutiẽs & lachrymarum guttis purgans, dari veniam ſibi petebat, & qui publicè offenderat, in tanta Imperii Majeſtate publica lamenta, cineres, jejunia non recuſabat.

Sic Imperator ille Philippus (qui primus ſuperbum Romani imperii faſtigium cruci ſubmiſit) vix dum ſacrati fontis aſpergine expurgatus, cum in illa imperiali licentia ſibi plurima permitteret, atque in peruigiliis Paſchalibus perrumpens in ſacra adyta ſe reliquis admiſceret Chriſtianis, à Fabiano Pontifice publicè iniectis manibus retractus, atque extra Eccleſiam projectus cum totius Eccleſiæ conſcientia pœnitentiam agere compulſus eſt. Neq; prius intra totius templi ambitum angulus illi patebat ullus, quàm confeſſus fuiſſet, & inter eos, qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur aſtricti, locumque pœnitentibus præſtitutum occupabant, ſe ſua ſponte collocaſſet. Si in mediis adhuc perſecutionum procellis ad iſtum modum pertractabatur Imperator, cum vix dum Martyrum cruor ſtillare deſiiſſet, ſi tanto faſtigio quidquid eſt publice pœnitentiæ & oneris imponebatur, quid nos viles animæ quod queramur, habemus? quam verecundiam incuſabimus? cujus exiſtimationis jacturam aut periculum formidabimus? Hieronymus ille Stridonenſis, qui aſperima pœnitentia adoleſcẽtiæ ſuæ delicta diluebat, copiosè commemorat quomodo Fabiola nobilis matrona Romana (quod viro ob adulteriũ dimiſſo alteri nupſiſſet) tota urbe ſpectante Romana, ſacco induta ſteterit in ordine pœnitentium, & Epiſcopo (Presbyteris, omniq; populo collachrymantibus) ſparſum crinem, ora lurida, ſqualidas manus, ſordida colla ſubmiſerit. Aperuit, inquit, cunctis vulnus ſuum, & decolorem in corpore cicatricem

flens

flens Roma conſpexit. Non eſt ingreſſa Eccleſiam Domini,ſed extra caſtra cum Maria ſorore Moyſis ſeparata conſedit,ut quam Sacerdos ejecerat, ipſe revocaret. Deſcendit de ſolio deliciarum ſuarum, faciem,per quam ſecundo viro placuerat, verberabat,oderat gemmas, linteamina videre non poterat,ornamenta fugiebat: ſic dolebat,quaſi adulterium commiſiſſet, & multis impendiis medicaminum unum vulnus ſanare cupiebat. Idẽ Hieronymus deſcribens pœnitentiam Paulæ nobiliſſimæ matronæ Romanæ: Super duriſſimam, inquit, humum ſtratis ciliciolis quieſcebat,ſi tamen illa quies dicenda eſt,quæ jugibus penè orationibus dies noctesq; jungebat. Ita levia peccata plangebat, ut illam graviſſimorum criminum ream exiſtimares: cumque à nobis crebrius moneretur,ut parceret oculis,& eos ſervaret Evangelicæ lectioni,ajebat: Turpanda eſt facies, quam contra Dei præceptũ purpuriſſa,& ceruſſa, & ſtibio ſæpe depinxi: affligẽdum corpus,quod multis vacauit deliciis: longus riſus perpeti compenſandus eſt fletu: mollia linteamina & ſerica pretioſiſſima,aſperitate cilii commutanda. Tanta pœnitentiarum ſeveritas in florente viguit Eccleſia, ut mirum non ſit, quod Sanctus aſſerit Ambroſius, acerrimus pœnitentiæ vindex, quosdam ſibi notos in pœnitentia vultum lachrymis ſulcaſſe,genas continuis fletibus exaraſſe,corpus ſuum omnibus calcandum ſtraviſſe,ac denique jejuno ſemper ore & pallido,mortis ſpeciem ſpiranti in corpore prætuliſſe. Neque mirum eſt, ſi, quod fecerunt Epheſi coram Paulo Chriſtiani, idipſum ubique locorũ cæteris Apoſtolis, vel ab eis ordinatis Epiſcopis credentes culpæ obnoxii factitarunt. Illud omnem excedit admirationem, quòd, nos priſcæ iſtius ſeveritatis nervos diſſoluentes, ubi de more demurmurauimus in aurem ſacerdotis

graviſſima peccata, remis veliſque nos in cœlum navigaturos eſſe exiſtimamus: ſcripturam verò clamantem, *de propitiato peccato noli eſſe ſine metu*, ſurdis auribus fortiſſimè contemnimus. Secus noſtri majores, non de Sacramentis illiberaliter & malignè judicantes, ſed altiſſimas cordis humani fibras pravoſque receſſus formidantes, non Chriſti Sanguinis efficaciam, ſed ſuam habentes ſuſpectam infirmitatem, ac tenuem ad ſuſcipiēdam gratiam apparatum, metuebant ſemper, ne in peccatorum denſa caligine fucus aliquis eſſet factus: ideò ad veſtigia exomolegetici abjecti terebant ſolum frontibus, rigabant fletibus, diffluebant lachrymis, exhorreſcebant ad irati numinis majeſtatem, & illud ſubinde miſerorum lugubre carmen, væ, væ; heu, heu; ingeminabant, adeò ut tota ſimul in fletum iret Eccleſia. Non admittebantur ad Confeſſionem, qui toroſam cervicem non ſatis inflectentes, præter lachrymas internas, & quæ in Dei conſpectu tacitis perſtillant animi ſingultibus, etiam externā nulla vi potuiſſent lachrymulam extundere. Poſtquam autem omnem animi ægritudinem cum lachrymis in fidiſſimum Presbyteri ſinum evomuiſſent, non abſolvebantur, niſi prius juxta rigorem Canonum ſatisfeciſſent. Nec interea ſegnes erant Diaconi, quorum oculi & aures pœnitentium mores ſpeculabantur, atque cuſtodiebant accurratiſſimè, & in eorum vitam ſeveriſſimè inquirebant, num præſcripta ſervarent. Noſtro ſeculo vix induci valent peccatores, ut cōfiteantur: at olim erat inſtar ſummi beneficii, cum peccata apud Sacerdotem candidè deponere licebat, etſi tum peracta Confeſſione injiceretur pœnitentibus vinculum Excommunicationis, ut aliquanto tempore depulſi ab Eccleſia, valido cacodæmonis ore diſcerperentur, & tandem à tam crudeli pædagogo benè cribrati atque vexati, ad indul-

dulgentiſſimæ matris gremium redirent. Et quia non ignorabant futurum, ut poſt Satanæ illam flagellationem liceret cum plena fide ſpeque certiſſima accepta remiſſionis peccatorum redire, prudẽtes volẽtes, exoptantes ab Eccleſia deturbabantur, & dentibus peſſimorum dæmonum objiciebantur. Qui publicè grave ſcelus patrarant, nunquam recipiebantur ad abſolutionem, quin prius Excõmunicationis onere preſſi, per biennium, aut amplius gemuiſſent, tantum interea ſub feſtum Paſchæ recipiebantur, ut paſchalibus epulis fruerentur, & deinde rurſus eliminabantur, nec ultra templi veſtibulum progredi licebat: mucrone autem iſto flammeo Excõmunicationis à corpore Chriſti præciſi, omni beatifico ſucco (qui defluit ex divino capite Chriſto) privabantur & exortes omnis divinæ vitæ cogebantur exareſcere; & dæmonum improbitatem tyrannidemque perferre. Si, qui ſemel Eccleſiaſtico fulmine erant afflati, ad eoſdem ſcopulos navem alliſiſſent, & in ſimile crimen recidiſſent, ii præclarè ſecum agi putabant, ſi poſt multas lachrymas, gemitus, planctus, cilicia, cineres, humicubationes, eleemoſynas ad pœnitentiam recipi poſſent. Et quia interdum erant, qui morbum ſimulabant, ut vel ſic ad pacem reciperentur, ideò tam ſeverè noſtri majores juſtæ ſatisfactionis tẽpora urſerunt, ut ne in mortis quidem articulo vellent recipere graviſſimos peccatores: ſed eos poſt totius vitæ pœnitentiam ſinebant in ſuis peccatis perire, divinæ miſericordiæ, quidquid de hujuſmodi ſtatueret, relinquentes. Poſtea tamẽ inita eſt ratio, qua pœnitẽtes Dei Sacerdotibus non imponerent, & fierent illis in extremo vitæ halitu gratia, ea exceptione, ut ſi unquam convaluiſſent, ad ritè peragendam pœnitentiam poſtea obligarentur. Audite, quæſo, audite prorſus adamantinam ſeveritatem. Juſſi ſunt in-

firmi

firmi pœnitentes gaudere viatico, ſed ita, ut porrigeretur illis Corpus Domini ſine abſolutione, ne ſi hanc etiam obtinuiſſet, convaleſcentes Pœnitentiam reliquam exigere recuſarent. Quid dixiſſes ſanctiſſime Cypriane, ſi tuo ſeculo noſtrum in ſervandis legibus pœnitentiæ torporem vidiſſes, qui tantopere fremebas propter intempeſtivam quorundam pietatem, qui reos, nondum Canonica defunctos pœnitentia, recipiendos judicabant ad pacem & communionem, quod contra Dei legem & Evangelium fieri vociferabaris? Qualibus epiſtolis confodiſſes eos, qui contempta Eccleſiaſtici judicii majeſtate, reſpuunt pœnitentiam, quā Sacerdos, Judex & Medicus animarum, adhibitis in conſilium juſtitia & miſericordia, præſcribit? Quoniam hic ampliorem, quàm vel Cherubim, vel Seraphim poteſtatem accepit, cùm beati illi ſpiritus orare pro peccatore poſſint, abſolvere eum non poſſint, ideò rectè noſtri majores voluerunt, ut pœnitentis de ſalute periclitantis habitus ac geſtus meram ſpirent humilitatem, usque adeò, ut hinc illa calumnia à gentilibus in Chriſtianos ſit conflata, qua dicebant, ipſos adorare virilia Sacerdotum. Ex ſecreta enim illa Confeſſione, & ad genua inclinatione, penes illos, qui non intelligebant, & invidiæ incendio cōflagrantes, res omnes in deteriorem partem accipiebant, ejuſmodi nefanda exiſtimatio invaleſcebat.

Utinam, utinam, quæ ſcribit Sozomenus de antiquis pœnitentibus apud noſtros homines refricarentur, & iis omnibus locis inſcriberentur, in quibus divinum iſtud judicium exercetur: Stabāt illi perinde atq; ad certiſſimam mortem condemnati, vultu in terrā demiſſo, quaſi jam Dei horrendum judicium atq; ſententiam, ad gehennę incendia condemnantis, auribus intonantem audirent, magnoque cum luctu ſeſe objiciebant ad veſtigia

Sacer-

Sacerdotis; qui cum vultus gravitate & veneranda canitie horrorem incuteret, & attritionem adjuvaret, largo fletu totam faciem & corpus irrigabant, ac miſerando gemitu vociferationeque ſupremum animi dolorem declarabant. Sciebant enim ex Pauli doctrina, quam nefariè is (qui à Baptiſmo relabitur in peccatum) Chriſtũ rurſus agat in crucem: aſpiciebant quàm luculentã Spiritui ſancto irroget injuriam & contumeliam. Non ignorabant eum, qui ſemel Sanguine Chriſti ablutus, iterum ſe contaminat, Filium Dei quaſi pedibus conculcare, ipſius ſacroſanctum ſanguinem (horreſco in hæc verba linguam ſoluens) pulvere, & Spiritum S. nefariè ſuo hoſpitio exturbare. Is enim in Baptiſmatis Sacramento initio templum ſibi erexit, ſacrarium inſtituit, tentorium non tetendit modò, ſed & in dies & horas ſingulas in immẽſum dilatare pergit, dum, quantum in ſe eſt, cupit homines magis ac magis occupare, ac in ſe transformare. Impii verò vix admiſsũ intra limina fauſtiſſimum hoſpitem, contra fas iusq; gentium ejiciunt, ſublatumq;, imò extinctum cupiunt, atque adeo Patrem, Filium, ac Spiritum S. qui ſimul immigraverant, vix uno die receptos, peſſimeq; tractatos excludunt. Iſta qui deſignant, an non putamus graviſſima opus habere pœnitentia?

Si Alexander Magnus, totius Oriẽtis turbo atrociſſimus, tanto dolore interfectum à ſe per temulentiam Clitum amicũ fuit conturbatus, ut in propria viſcera ſævire, & luce hac ſeſe exuere voluerit: ſi Lucretia Romana tam acri mœrore fuit ſauciata (quòd a Tarquino vim paſſa fuiſſet) ut pectus ſuum pugione transfodiens, vitam ſibi eriperet: quo animo eum eſſe decebit, qui præter cæleſtem hæreditatẽ, Deum ſuum amiſit, abjecit, exploſit? Ad ejusmodi hominem rectè ſanctiſſim⁹ ille Martyr Cyprianus: Si quem, ait, de tuis charis mortali- *Ser. de lapſ.*

lita-

litatis exitu perdidiſſes. Ingemiſceres dolenter & flereſ; facie inculta, veſte mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore dejecto, indicia mœroris oſtenderes. Animã tuam perdidiſti, & non acriter plangis, & non jugiter ingemiſcis? Ecce pejora adhuc peccandi vulnera, ecce majora delicta: peccaſſe, nec ſatis facere; deliquiſſe, nec delicta deflere. Orare oportet impenſius & rogare, diem luctu tranſigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lachrymoſis lamentationibus occupare, ſtratum ſolo adhæreri cineri, in cilicio volutari & ſordibus: poſt indumentum Chriſti perditum, nullum jam velle veſtitum; poſt diaboli cibum malle jejunium. Hæc Cyprianus. Tertullianus autem & Origenes: videmus, inquiunt, feras, capras, cervos, lacertas, bufones, aliaq; animalia, mox ut vulnus aut læſionẽ ſentiunt, ad comparata remedia properare; ſolus homo graviſſimè ſauciatus, & venenato draconis ore laniatus, medelam non quærit; imò, quod deterius eſt, vocantem blandientemq; medicum averſatur.

Quàm obviis ulnis, quàm rapido curſu pii noſtri majores hanc medelam arripuiſſent, ſi ſeveritas illorum temporum permiſiſſet? Ne momento quidem in cœno peccatorum volutari ſe paſſi fuiſſent. Videor mihi eos à mortuis excitatos hic præſentes intueri cum flagello, quo nos graviter increpent, vel verbera minentur duriſſima, niſi de cita pœnitentia cogitemus. Regius Propheta David ſimulatque inflictum peccati vulnus animadvertit, gemmas regias, purpuram, diadema & alia crepantia auro textili indumenta depoſuit, totum Regem cum ornatu ſuo abjecit, & cinere conſperſus, cilicio indutus, cum ingenti rugitu & gemitu implevit, quod in Pſalmis dixit: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meũ rigabo.* Item *Cinerem tanquam panem manducabam, & po-*

& potum meum cum fletu miſcebam. D. Chryſoſtomus, philtro charitatis imbutus, planeque delibutus, adeò optabat cita pœnitentia deſeri peccata, ut diceret, ſe non tantùm die, ſed nocte etiam paratum eſſe pœnitentium excipere Confeſſionem. Apoſtolus Paulus ait, ſe dolere ób peccata Corinthiorum, ſe uri, ſi quis infirmetur; ſe lucturum eorum impudicitias, qui necdum egiſſent pœnitentiam.

O nimiam noſtræ ætatis à priſca illa pietate diſceſſionem, ſive generis humani rudimenta, ſive Chriſtianas origines ſpectemus? O quantum ab Apoſtolico rigore, à medii ſeculi vigore, à ſeveriſſimis legibus eſt deceſſum. Non cogitamus, quanta in miſeria ſitis, qui peccatorum adamantinis vinculis irretitus, & ſcelerum funibus illaqueatus, ſub Satana jacet proſtratus. Non expendimus, quòd anima, Dei gratia & armis Chriſtianis diſpoliata, quaſi vidua ab omnibus dæmonibus atque adeò creaturis oppugnetur, & inſtar navis clavo, malo, & gubernatore ſublatis, innumeris tentationum fluctibus ac flatibus exponatur, validiſſima tempeſtate huc illucque agitetur, & tandem ſcopulo illiſo, frangatur. Quomodo enim anima divinis præſidiis deſtituta, non ad omnem occaſionem impingeret? quomodo non manus hoſti porrigeret? quam ſcutum divinæ protectionis non obarmat? Hæc ſi ratione, tanquam æquiſſima lance, examinaremus, è veſtigio vulneribus noſtris Eccleſiaſtica pharmaca admoveremus. Atque hoc ſi fieret, non ita videremur amaſſe peccatum, nec ita peccatum fieret pœna peccati. Nunc quia complures pœnitentiam procraſtinantes, ſponte in ſordibus volutantur, & inhærere gaudent peccatis, per ſingula momenta ea in miſeris iſtis vitiorum ſatellitibus exagge-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

rantur, dum pondere ſuo in alia trahunt, nec unquam eos permittunt quietos, donec in barathrū deſperationis aut infidelitatis devolvantur. Spurcitiæ libidinum tam pertinaciter adhærent, ut quē ſemel occuparint, vix miſſum faciant, neque tunc ſolum cùm infernalis naphta mētem incendit, cogitque in peccatum præcipitem; ſed multos poſt dies ac menſes etiam ubi defeibuit æſtus, pergunt eſſe moleſtæ Si ebrioſum ad dies aliquot invitum arceamus à cupitis poculis, videtur ter infelix homo moritur9: ſi pateat rimula, effugit, potat, dulciq; mero ſe ad ambas uſq; aures immergit. Aleator etiam juratus atq; ligatus ſceleſtiſſimas manus ne ad horam quidem, poteſt compeſcere. Quid multis? Omnia ſcelera validiſſimos ſuis mancipiis implicāt nexus, quibus ad perditionis naſſam pertrahantur, nec conſiſtere gradumq; in vitiis figere datur ulli, niſi inſitæ peccati phantaſiæ ſanctiſſimis pœnitentiæ laboribus expurgentur. Quod etiam magnus ille noſtræ religionis interpres Hieronymus expertus: O quoties inquit, in eremo conſtitutus & in illa vaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus horridum Monachis præſtat habitaculū, putabā me Romanis intereſſe deliciis. Sedebā ſolus quia amaritudine replet9 eram, horrebant ſacco membra deformia, & ſqualida cutis ſitum Aethiopicæ carnis obduxerat: quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & ſi quando repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet, nuda humo vix oſſa hærentia collidebam: de cibo & potu taceo, cùm etiam languentes Monachi aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipſe damnaveram, ſcorpionum tantùm ſocius & ferarum, ſæpe choris intereram puellarum; pallebant ora jejuniis, & mens deſideriis æſtuabat: in frigido corpore, & ante hominem ſua jam carne præmor-

mortuum, ſola libidinum incendia bulliebant. Itaq; omni auxilio] deſtitutus ad Jeſu jacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubjugabam. Memini me clamantem diem crebro jũxiſſe cum nocte, nec prius à pectore ceſſaſſe verberibus, quam rediret, domino increpante, tranquillitas: ipſam quoq; cellulam meam quaſi cogitationum mearum cõſciam pertimeſcebam; &, ut ipſe mihi teſtis eſt Dominus, poſt multas lachrymas, poſt cælo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi intereſſe agminibus Angelorũ. Tanta cum difficultate ille, qui exeſo corpore ſolis cogitationibus oppugnabatur, peccati phantaſias (utor vocabulo Dionyſii) debellabat.

Quare tametſi pientiſſima parens Eccleſia (ut filios protervos alliciat, & foveat infirmos) pro ſua indulgentia putet non exhæredandos, qui ſemel in anno confitentur; tamen nemo non videt, pernitioſum eſſe & parum Chriſtianum hac uti licentia ac non potius ſtatim exſpuere in ſinum ſacerdotis mortiferum virus, priusquam in animæ partes omnes fæcunda propagatione diffundatur. In mundi hujus ſtadio, pedicis & laqueis refertiſſimo, militamus adverſus rectores tenebrarũ, fortè hac hora abripiendi ad ejus horrendum tribunal, qui nobis pœnitentiam imperavit. Labilis eſt memoria, ſumus rudes doctrinæ Chriſtianæ, nunquã non adeſt illecebra peccati, caro ad motus pertrahit illicitos: mundus incentor malorum pellicit in præcipitia: aër iſte, quem haurimus, refertiſſimus eſt peſſimis, callidiſſimis, infenſiſſimisq; ſpiritibus, qui nos ad genus omne ſcelerum pertrahunt: convictores, congerrones, & qui non miris modis multiplicem accelerent interitum: hoſtium plena ſunt omnia, & nihilominus poſt annum de exomologeſi cogitabimus. Rectè, ſi tum non eſſet

certiſſimus metuendus interitus,& Chriſtus fores cordis jam occupati,ac ſordib9 peccatorum completi fruſtra non pulſaret. Dum quiſquam procraſtinator volens oblivifcitur admiſſorum, quis facilem illi auſit veniam polliceri? Clamabit olim ſenex: *Ab occultis meis munda me Domine*, ſed reſpondebit juſtitia: Cur cùm illa patrabas,non ſtatim currebas ad medicum,qui tibi omnibus in locis erat obvius? Cur procraſtinando ſpontaneam oblivionem captare viſus es peccatorum, quæ tametſi mentem effugerint tuam, tamen manent ſcripta in libro Dei, Angelorum,& cacodæmonum? cur novellam adhuc vitiorum plantam non eradicaſti, quæ jam profundiſſimas radices egit? cur videns tibi gehennam, imminere ultrò volensque non procurriſti ad remedium? ſed è ſcelere in ſcelus impetu furibundo dilapſus es? Cur non confitebaris; cum temptus, ætas, memoria valerent? Intuere conſcientiam tuam mille ſceleribꝰ inquinatiſſimam,ac tecum expende unico peccato mortifero deberi gehennam, manere cruciatꝰ æternos poſt mortem, & rationem omnium actorum, dictorum, cogitatorum, teſte ac judice Deo, ſubducendam. Vide quam commutationem elegeris: Deum tuis libidinibus, aut aliis ineptiis poſtpoſuiſti, regnum æternum & cœlum cæno ac ſordibus mutaſti. Morte te dignum eſſe intelligas, & quem vel terra diutius ferat indignum, propterea quòd viliſſimum Dei figmentum non dubitaris Creatorem tuum tam graviter offendere, ut illum coëgeris ac perpuleris ſcelerum indignitate hominis furentis inſtar, ex dilecti Filii ſui corpore membrum reſcindere, dareque diabolo mille modis excarnificandum.

Videor mihi audire omnes Sanctos, æternis in cælo bonis affluentes, & eximia in nos charitate flagrantes, huncin modum cum peccatore obſti-

nato & Spiritui Sancto reſiſtente expoſtulantes: infelix homo, quid egiſti? Itane oblitus originis tuæ, oblitus beneficiorum Dei propter fluxam venenatæ voluptatis delectionem, te à tanto faſtigio dignitatis in tantam miſeriam conjeciſti? Itanè tam nobili PATRE indignus, ſpurcis moribus, & ſordida vita, divinos natales obfuſcati, & flammis infernalibus expiandam liberaliſſimo parenti injuriam irrogaſti? Itanè repulſo ſuavi jugo Dei, ruptoque charitatis amabiliſſimo modo, obliquo draconi, turpiſſimo & crudeliſſimo domino te ultrò mancipaſti; quem vitiorum errorumque ſpiris te colligantem ut enervaret, vinceret, toto orbe depelleret, Chriſtus ex auguſtiſſimo cæli throno in hanc aream calamitatum deſcendit? Fierine poteſt, ut tibi hujus vitæ hęc lux aut huius cæli ſpiritus ſit jucundus, atq; non vel ad ſolam peccati mētionem exalbeſcas, & tota mente, atq; omnib9 artubus contremiſcas, cùm ipſe DEI FILIUS horrenda ſubiverit tormenta, ut illud proſterneret, jugularet, deleret, ſicut teſtantur manus perforatæ, loquūtur transfixi pedes, latera clamant perfoſſa, ex quibus, ceu rivis, quinq; flumina, amoriſne dicā, an ſanguinis, derivavit, & pretioſiſſimam piſcinā abluendis tuis ſceleribus præparavit? Imminet capiti tuo ſæviſſimus ille accuſator & mactator fratrum diabol9, ſitit tuum ſanguinem, te vivum exſorbere concupiſcit ſævus ille & rugiens leo. Vides infernū os ſuum dilatantem, corpus eſt moribundum, valetudo dubia, & non fugis ad clementiam Dei? qui licet à te in tot criminibus conſtituto ſuam rideri patientiam diutiſſimè toleravit, revertentem tamen blandus excipiet, complectetur, expiabit. Vides eos qui magiſtratum offenderunt, pallere, trepidare, ſurſum deorſumq; curſitare, ut cum eo redeant in gratiam: tu verò ingrate in tanto mortis diſcrimine non metuis, ne (ſi Deus o-

culos à te avertat) in nihilum relabaris? Itane animæ ſalutum prodigere, & ſub horrenda Satanæ tyrannide periculosè vitam agere diutius decreviſti? Quid moraris? recurre ad faculas Chriſti, refer pedem, quem in ipſorum infernorum limine & faucibus jam dudum poſuiſti. Exhorreſce violentiam dęmonum, qui te è veſtigio diſcerperent, nec unius uſuram horæ tibi ad vivendum concederēt, niſi Deus (quem inimicum tibi facere non eſt veritus) illos refrænaret. Quid ſi hac nocte, imô quid ſi hac hora ſubita morte extinctus, ad Dei tribunal, rationē juſtiſſimo judici poſiturus, rapereris? Mortuam profectò animam in vivo corpore circumfers, ſi non timore proſtratus tremendum reddendæ rationis tempus expendis. Quis enim magis mortuus (inquit Beatus Bernard.) quàm qui portat ignem in ſinu, peccatum in conſcientia, & nec ſentit, nec excutit, nec expaueſcit? Veniet, veniet aliquando noviſſima illa hora, divino judicio proxima, in qua tantò acerbius peccatorum recordatio te diſcerpet, quantò hoc tempore minus urit.

3. Proponit tibi SPIRITUS SANCTUS Cainum fraterna cæde cruentum, æſtuantem, furentem, ægerrima conſcientia tabefactum, ad Dei vocantis mētionem veluti tartareo flagello percitū horreſcere, tremere, deſperare, fugere, ubique mortem (quam primus oſtenderat orbi) formidare, nihil ſibi tutum ac pervium ducere, denique univerſa ſibi infenſa & irata arbitrari. Proponit tibi ter quaterq; infelicem Lamech, qui tortore cōſcientiæ impulſus, apud uxores veluti publicam inſtituit pœnitentiam, & quia Caini ſupplicio deterritus nō fuerat, lachrymabiliter dixit: *Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties.* Proponuntur tibi quotidie exempla eorum, qui cùm florentiſſimam ætatē ſuam in graviſſimis vitiis dilapidarint, ſi tandem tangantur digito Dei, mox tam acutè,

cer-

cernunt totam illam adoleſcentiæ ac juventutis camarinam, ut de ſua prorſus conclamatum eſſe ſalute arbitrentur. Ne igitur & tu peccati gravitate oppreſſus, in deſperationis barathrum adducaris, pœnitētiæ beneficio erectus, in immenſam Dei miſericordiam mentis intuitum defige, in illius complexum & ſinus tanquam tutiſſimum portum te projice, ejus viſcera obſtupeſce, quæ etiam millies gehennam promeritos in gratiam recipere cōſuevit. Imirare prodigum illum Evangelicum, in quo perfectiſſimum omnium verè pœnitentium typus enituit. Surge cum illo, & redi ad clementiſſimum Patrem, qui tibi ultrò prodibit obviam revertēti, qui ſtat ante oſtiū avidè exſpectans, ut iterum ſecum coaleſcas, & ſibi feliciter adglutineris. Si pudor (cuius officium erat retrahere à ſcelere) te fugientem ad medicum injecta manu retrahit, dignus eſt, quem ad hunc modum à te abigas, amandes, explodas: nunc demum ades pudor? Vbi tam diu dormitaſti? cur non anteà munere tuo functus es? ſcilicet non aderas cum inſpectante Deo, intuentibus excubitoribus Angelicis, Diuis omnibus, patrarem nefas; itaque neq; nunc es audiendus, dunraxat adhibentur arbitri, qui meæ ſunt impietatis conſcii ac teſtes, ubi mortalium is tantùm adſciſcitur, qui capitis periculo ne mutire quidem auderet, cuius os tam forribus clauditur feris & obſignatur, ex præſcripto Synodi Lateranenſis, ut ſi quid effuriverit, perpetuam adigatur ad pœnitentiam. Etſi parcam tibi, ô pudor ingratiſſime, tu ipſe mihi non parces in illa omnium hominum ac ſpirituum univerſali exomologeſi. Ritè igitur exponam legitimo judici peccata ſingula, ne in illo totius mundi theatro, velim, nolim, Angelos, cacodæmones, omneſque homines ſceleris habeā teſtes, inſpectores, accuſatores; ſed ut apud horrendum illud tribunal poſſim Deo ejus

Digitized by Google

vicarii ſententiam offerre ac dicere: En quod à te conſtitutus judex decrevit, ille cauſam meam diligenter expendit; mulctam indixit, parvi feci, quod juſſiſti, da quod promiſiſti. Sic vincendus fugandusque tibi eſt pudor & intempeſtivus rubor, ſic inverecunda hæc verecundia irridenda. Hæc ſi nobiſcum electa illa divini Spiritus organa, in cœlo ſummis & æternis bonis affluentia loquantur, nonne debeant impetrare, ut quiſquis hactenus in ſuis volutatus eſt ſceleribus, primo quoque die omnes ſordes ex anima ſua, manibus Dei creata, aut potiùs ex ore eius ſanctiſſimo producta, abradat, in ſeipſum deſcendens omnia latibula conſciētiæ, & abditiſſimas animæ fibras ſcrutans, quidquid invenerit ſordium in apricum producat, & per juſta pœnitentiæ lamenta priſtino eam nitori reſtituat.

Epilogus. Caveamus igitur diligentiſſimè, ne hinc abrepti ad ſeveriſſimum Judicem, cogamur rationem reddere operum malè expiatorum: ſed arrepta communi cũ vitiis pugna, ſordida lutulentaq; eorum tunica projecta novam converſationis veſtem induamus, nihilque prætermittamus, quo ferreæ noſtræ mentes ad veram & ſeriam pœnitentiam pertrahantur. Ita fiet, ut in extremo judicii die in illis totius orbis comitiis, circũſtrepentibus Angelorum tubis, immenſa quadam lætitiæ voluptate compareamus, cùm nos in cœleſti Academia ad Dei dextram collocatos omnes Sancti (quorum hic pœnitentiam demiramur) certatim ultro accedent & complectentur; ipſa verò Divina Majeſtas æternis præmiis cohoneſtabit.

XX. DE CONSCIENTIA.

In Pſal. 100 V. P. Del. Ric. Orat. 5.

Exordium. Quod Marci ſecundo Dominus ait paralytico: *Vade in domũ tuam*; id B. Auguſtinus interpretatur, ingredere & ſcrutare conſcien-

ſciam tuam. Nemo noſtrum audet dicere ſe paralyticum non eſſe, ideo cogimur id nobis ſingulis dictum ducere. *de conſcientia.*

Propositio. Vt ergo ingrediamur hanc domũ noſtram, ut eam ſerutemur, quam multa quamq; magna beneficia nobis à recta conſcientia præſtentur, demonſtrabo.

Confirmatio I. Conſcientia ſalutis propriæ & divinæ gloriæ cupidis, & rectè factorum *teſtem*, & rectè faciendorum *ducem ac pædagogum* ſe præbet: pertinacibus verò, & monita conſiliaq; aſpernantibus, puniendo *judicem*, accuſando acrem exhibet *adverſarium*. Nonne *teſtis* eſt iis, qui ſibi conſcii ſunt bene? ut D. Paulo dicenti: *Ego omni conſcientia bona verſatus ſum ante Deum.* Et: *Veritatem dico, teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in ſpiritu ſancto.* Contra quam acerbus eſt *teſtis* delictorum, quàm accuratus nomenclator? quanto mœrore, quali triſtitia & felle perfundit animas improborum, jugi improperatione flagitii commiſſi, adeo ut quis ſpectris & furiis exagitari ſibi videatur? quo cruciatu Satyricus quidam cenſuit poſſe gravius nihil reperiri: non poſſe duriores infligi pœnas, vel à Rhadamanto ſæviſſimo Judice, quam illi perferant, quos *Mens agit attonitos, & cæco verbere pulſat*. Indicat hoc S. Scriptura per Salomonem his verbis: *Cum ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia.* Nulla igitur quies homini, nunquam ceſſante aurem cordis vellere hoc occulto teſte, niſi flagitiis expiatis. Hinc Jobus: *Si,* inquit, *abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celavi in ſinu meo iniquitatem meam*: hoc eſt, ſi in conſcientiæ theſauris clauſum retinui, & nõ deprompſi per Confeſſionem. Nam ſtatim depromebat, effundebatque malum virus, ignem eradicantem celeriter excutiebat: contra quàm multi, qui dies, *Eſt panacea morborum.* *Actor. 23.* *Rom. 9.* *Sap. 17.* *Iob. 31.*

menſes, annos, pravas affectiones in ſinu recondunt, monſtrum fovent, aluntque anguem in ſinu, quod ajunt, à quo mox, vires reſumēte veneno interimātur. Quas autem lancinationes & anguſtias interea aſſiduè animo ſentiunt? Nā ſicut qui roſas vel nardum ſinu cōtinet, fovet illa; ſed viciſſim reficitur ac fovetur ab illis, & quo diutius ea retinet, hoc ipſi melius eſt; ſic accidit cōſcientiæ, quādo bonarum & laudabilium cogitationum fit manetq; receptaculum: ſi verò ſinu carbones improbarum cogitationum excipiat, abdatq;, utitur cum ſummo cruciatu, nec ullam requiem poteſt adipiſci. Nequit in conſcientia peccatum abſcondi, nequit occultari vitioſitas, quin appetitus exæſtuet, & interior exteriorq; homo acriter inflammetur.

Prov. 6. *Nunquid poteſt homo* (ait Sapiens) *abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, ut non comburantur plantæ eius?* Nunquid poterit ullus peccatum in cordis gremio ſic occulere, ut ſpirituali incendio non amburatur? Nunquid animæ pedibus, intellectu, & voluntate, innoxius hos carbones intrinſecos poterit verſare

Pſalm. 6. & conculcare? Nonne Rex David, poſtquā de culmine ſanctimoniæ decidit, & adulter effectus eſt, lectum conſcientiæ lachrymarum profluentia diluebat? Non flendo turgiduli tantum ocelli rubebant: nivis more liqueſcebat, cōſcientia æſtuante. Non id in oculis & cōſpectu omniū, ſed tum quādo noctis ſilentio, quietis cæteris, ipſe irrequietus multa gemēs, largo flumine vultum humectabat. Vultū? natabat in imbre lachrymarū totus & ſtratum malæ conſcium voluptatis, aſſiduo hoc fluctu obrutum demergebat. Sciebat ille, ſciebat unū hoc eſſe lavacrum, unicā colymbethra, ſeu piſcinā conſcientiæ expurgandæ, quando ſemel peccato fuit ſordidata. In eodem conſcientiæ cubili idem Rex

Aurum abjicit, ornatū regium deponit, purpuram ſacco, panem cinere, citharam lachrymis, epulas jejunio commutat.

Pſalm. 4. ſui ſimiles peccati reatu jubet compungi: *In cubilibus*

libus veſtris compungemini: & configi clavis more crucifixi; ne poſſint à pœnitentia demoveri.

Eſt præterea conſcientia animæ aſſociatus pædagogus & præceptor, cui obtemperem⁹ oportet, maximo noſtro bono. Superat enim cæterorum monitorum affectum & diligentiã. Nam ſi quando parentes & tutores ſæpius monendo non proficiunt, ilicò deſperant, & curã deponunt, familia expellunt, abdicant, exhæredant. Non ſic cõſcientia, monet iterum atq; iterum, decies, millies, nunquã faſtidio noſtro, vel irriti laboris fruſtratione ab officio deterretur. Si monendo ut præceptor, nihil proficit, virgas expedit, & experitur, an vexatio datura ſit intellectũ: ſi nec hoc cum fructu, demũ adlatrans, ut fida domino canis, oſtendit ſe mutam non eſſe, fuiẽ prodit, induit adverſarium & accuſatorem; inclamat terribile illud: *Exiſtimaſti iniq;, quod ero tui ſimilis*: (ſperaſti me ſemper diſſimilaturam, ~~& tibi~~ adulaturam, falleris, falleris:) nam & in hac vita *arguam te*, & in futura *ſtatuam* peccata tua *contra faciem tuam*. Ego tibi illa in os ingeram, ego illa tibi ante oculos inrẽtabo. Nonne hoc magnopere expaveſcendũ? nonne jure optimo propterea ſalutarem admonitionẽ Pſalmiſta ſubjungit: *Intelligite hæc, qui obliviſcimini Deum, ne quãdo rapiat, & non ſit qui eripiat*. Ne tum exactores illi, & carnifices crudeliſſimi, te miſellum à conſcientia accuſatum, damnatũ, & addictum ſuppliciis à Deo vinctum & abductum à cacodęmonibus in fletũ æternum & ſtridorem dentium abripiant. S. Athanaſ. vult adverſarium, de quo loquitur Chriſtus, Matt. 5. c. eſſe conſcientiã uniuſcuiuſq;, ſtatuentẽ peccata contra faciem ejus; vocari adverſarium, quia ſemper malis noſtris conatibus adverſatur: viam ibidem vocari hunc mundum, in quo dum agim⁹, monere Chriſtum, ne ab hoc adverſario diſſentiamus, & eum opprimere, vel ad juſtam iracundiam

prove-

Orig. lib. 1. in epiſt. ad Rõ.

Chryſoſt. orat. 4. de Laza.

Pſal. 149.

Quæſt. 61.

provocare conemur, alioquin, væ nobis ſi illi prævaluerimus in hac vita, victoria illa omni clade funeſtior futura. Nos morimur, adverſarius nunquam moritur: ille, quando nos mortui, ſuperſtes, in judicio nos accuſabit, & reos peraget, & damnatos abduci poſtulabit: Deus autem juſtus judex quid agat, niſi partes ſuas in reos convictos? Tradet illos Deus damnatos & addictos malis Angelis, ut Commentarienſi, aſſervandos & excarnificandos, in prædiro inferni carcere, unde, quia noviſſimum quadrantem nunquã poterimus perſolvere, nunquam etiam licebit exire. Etſi formidabilis eſt hic adverſarius, tamen diligendus, quia cuſtos fidiſſimus; metuendus aſpernanti, amandus obtemperanti. Qui malo eſt adverſarius, bono pater, & tutor, & amicus eſt fideliſſimus. Amicus verus & ſincerus, non adulator amicus, de quo veriſſimum illud: *Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis vulnera*, vocat liberas increpationes, indices veri amoris; *oſcula*, palpum & aſſentationes ſupparaſitantium. Obediamus ergo huic præceptori, ſimus illi conſentientes in via, ut nos benignè in patriam perducat, ut patrocinium noſtri ſuſcipiat in illa tremenda die, ut nobis hic interea ſit tutor, pædagogus, & teſtis fidelis omnium actionum noſtrarum, ut non ſinat incautis ullum malum obrepere, & omnes animi morbos propellat.

Prov. 27.

2. Conſcientia tempore ſagi togæque tutiſſima eſt panoplia periculorum: eſt, inquam, nobis in huius vitæ mari navigantibus, in hac mundi inundatione, & variis vitæ procellis, teſte S. Chryſoſtomo, fida ac ſacra quædam anchora, quæ non ſinit nos in peccatorum barathrum demergi. Vt enim navis in vaſto pelago ventis huc illuc rotata ac circumacta, tandem deprimitur aut ſubvertitur, ſi careat anchoræ firmamento: ſic anima, quæ funem con-

Ser. 4. de Laza.

conſcientiæ, quo colligabatur, ſemel abrumpit, neceſſe eſt, ſpiritualibꝰ mundi, carnis, diaboli freneticis impulſa typhonibus, mox fatiſcat, ſubſidat, naufragetur; eoq; magis, quia conſcientia ſic eſt anchora, ut ſimul & clavus & gubernaculum ſit, quo cuſtos Angelus, velut nauclerus, navigium ad ſalutis portum impellit. Hæc nos à piratis, & latrunculis (ſic dæmones vocat S. Chryſoſtomus) tuetur, ne meritorum merces nobis eripiant. Hæc ſola nobis eſt pro Orci galea, quia omnes inſidias retegit; pro Mercurii harpe, quia fibras vitiorum reſecat; pro Palladis lancea, quia confodit gigantes, motus dico ſuperbiæ; pro Jovis ægide, quia huius umbone ſcuti omnia tela nequiſſimi excipimus illæſi.

3. B. Gregorius Nazianzenus conſcientiã nuncupat verum domeſticumq; tribunal mortalium. *Orat. de plaga grandinis.* Etenim ſicut divinæ juſtitiæ conſentaneum eſt, in altera vita quoddam eſſe tribunal certum, juſtum, & prorſus incorruptum, ubi nec gratiæ, nec odio, nec potentiæ ſit locus: ſic decuit à Deo juſto judice, & ſapientiſſimè cuncta diſponēte, etiam in hac vita nobis tribunal conſtitui, quod futuri illius quoddam foret exemplar, cuius beneficio poſſemus, ſi velimus cum divina gratia, damnationem illius ultimi evitare. Nullum verò huiusmodi Tribunal extra noſmetipſos in terris invenitur. Omnes enim, qui iſthic ſunt, judices, vel minis & terrori ſunt obnoxii, vel gratiæ nimium tribuunt, vel affectibus indulgent, vel muneribus exoculantur; aut, ſi nihil eſt horum, interdum ſunt indiligentes, juris & æqui imperiti, pigri, oblivioſi, facilè defatigantur, nec ſemper vacant partium auditioni. Ideo Deus providè admodum, unicuique hujusmodi tribunal internum præſtituit, in quo nec odio, nec amori, nec gratiæ, nec timori, nec invidiæ, nec avaritiæ, nec deſidiæ, nec ambitioni locus

eſt

Digitized by Google

eſt ullus; ubi nec juris, aut æquitatis ignorantia reperitur, nec defatigatio judici moleſta, quia eſt indefatigabilis; nec oblivio obrepit, quia nihil ei excidit. Deniq; reliquorum judicum officium potius in delicto puniendo, quàm impediēdo, verſatur. Cùm verò optabilius & præclarius ſit, ne peccetur perficere, quàm ut delictū jam commiſſum vindicetur, Conſcientia nititur ſumma vi impedire, ne pecces; id ſi nequit, poſtquā peccaris, merita ſupplicia exigit. Quin etiam ſæpe cum peccas, vellicat, & plurimum de voluptate, qua te fruiturū ſperabas, ne nimium vitiis obſecundes, atq; adeò
1.Cor. 11. magnam partem decerpit. Quòd ſi abreptum cernit vi deſiderii & concupiſcentiæ, ſtimulos vel nō ſatis ſentire, quos admovit; vel contemnere: acuit telorum aciem, & commiſſo delicto, mœroris ac pœnitudinis duplicat cruciatum, ſi conſcientiæ noſtræ judicio ſtaremus, & eius ſententiæ pareremus, in ultimo Dei tribunali non judicaremur: imò tam utile eſt hoc conſcientiæ tribunal, ut ſi pareremus primæ ejus propoſitioni, ſeu monito, omne judicium etiam in æternæ condemnationis nobis effugere liceret. Nonne quilibet eum ſibi judicem vehementer benevolum pati proſequendum amore putaret, qui ante litis conteſtationem ſeriò & inſtāter hortaretur, deſiſtat à lite, alioquin ſe illum, ſi pergat, cauſæ principalis & impenſarum jactura mulctaturum? Semper hoc nobis beneficii præſtat judex iſte inteſtinus. Cave, clamat, ne facias: manet te ſera pœnitudo, cum inchoaris, quid agis? iterat: deſine à cœptis, cave perpetres; cum patraſſe videt, inceſſanter vociferatur, reus es mortis æternæ, ad ſecundā te confer naufragii tabulam; ni faxis, periſti planiſſimè: nōne vides terram dehiſcentem, & ſub ea infernū guttur inſatiabile pandentē tibi nonne cernis monſtrificos illos atrienſes ibi cubile tuum præparantes in mediis flam-

flammarum vorticibus? *Mulier cum parit*, ait Salvator noſter, *triſtitiã habet, quia venit hora ejus, &c.* contra, cùm qui tentatur à concupiſcentia ſua illectus & abſtractus, nulla vel haud magna moleſtia ſolet affici, ſed nec tunc quidem, quando cõcupiſcentia cõcipit, & mox parturit peccatum: ſed demum, quando, ut ait D. Jacobus, *peccatum conſummatum fuerit, generat mortem*. Nullus in conceptu, nullus in niſu pariendi dolor, ſed væ matri (animæ) poſt partum! tunc incipiunt longa faſtidia, tunc ærumnæ, & ſupplicia conſcientię pungentis & ſtimulantis puerperã, quæ tum acerbius incipit torqueri, quàm mulier dum parit. Millies nobis præſtaret vitam hanc corporis mortis diſcrimini objicere, quam ſemel lethiferum peccatum in utero animæ concipere & parere. In bello, *Ioan 16.* *Supplicia ſpreta conſcientia.* *Iacob. 1.*

——— ——— *hora*

Momento aut cita mors venit, aut victoria læta: *Horat.*

hic verò nullus eſt finis periculi, nullus mod⁹ cruciamentorum: millies homo die, ſæpius noctu moritur pavore: die fugit conſpectum cæterorũ, quos ut conſcios timet, vel non ſuſtinet intueri; noctis ſilentio ſibi ipſi crux eſt: nam Angelus ſuſcitat in conſcientia fluctus continuos, ſuggerit horrendas imagines periculorum, & pœnarum; ſomnia formidanda nullam quietem permittunt. Si tempeſtas in pelago excitetur, videas formidinẽ admirabilem etiam fortiſſimorum alias, tantum quia mala eos urget cõſcientia: contra cernas alios, qui puſillanimes ſolent eſſe, nec facilè contemnunt vitam, tum quaſi ſecuros mortem operiri, quia teſtimonium boni ſtatus eis perhibet conſcientia. Idem docent bellici eventus, ſi ſtataria pugna decertandum, ſi aſſultu per ruinam mœnium tranſcendendum. Quid bella loquar? in ipſis epulis mala conſcientia fel ingerit mellitis, &

amaricat omnia fercula. Omnia facit intuta videri, ut nec domus domino, nec thalamus conjugalis ſatis ſecurum refugium judicetur. Vt cruciariorum quiſque ſuam efferebat crucem: ſic peccata ſingula ſuum adferunt, & quaſi ante oculos præferunt peccanti cruciatum.

3. Hic verò quàm gravis, quàm vehemens ſit, vel inde poteſt deprehēdi, quòd idcirco Deus (qua eſt miſericordia) ne doloris acerbitas, ſi continua foret, hominem ad inſaniam & deſperationem adigeret, ſtatuit, hunc remorſum non eſſe jugem ſeu continuum: ſed ſuis duntaxat recurrentem intervallis, quando ex nimia intermiſſione periculum aliquod contemptus vel oblivionis nobis immineret. Hac de cauſa voluit ſæpe dolorem hunc recurrere, etiam poſt diurnam requiem. Quot luſtris exactis à fraterna venditione, minimè fraterna, Jacobi filii recordati demum fuêre nefarii criminis in Joſephum innocentem commiſſi, memoriam revocavit, quòd à fratre ſuo, quem non noverant, leviter vexari ſe ſentirent? Per hoc veſtigium tam antiqui delicti recens & repens conſcientia illos tam validè pupugit, ut preſſum, & intimè impreſſum ſilentio crimen, vel invitis confeſſionem extorqueret; extorſit confeſſionem veri conſcientia, & quæ vulnus fecerat, morbi medicinam attulit. Si apoſtema maturè apertum ſaniem effundat, vitæ retinendæ & augendæ ſanitatis cauſa ſit. Quando pus maturum eſt, validius partem affectam bubone, vel alio abſceſſu puncturis laceſſit, & quaſi oſtium, ſic cutem pulſat, ut emittatur: nullum pus virulentius eſt peccato, cum hoc non plus concordiæ eſt animæ, quam carni cum apoſtemate purulento; cruciatur caro, quamdiu putredo ulceroſa intra cutem deliteſcit: animę cōtinuus eculeus eſt, & aculeus acerbus peccatū latens; ardet, urit, coquit, vexat, quieſcere non ſinit,

Gen. 41.

auget

auget adhuc & accendit cruciatum cõſcientia, donec novacula pœnitentię abſceſſum aperias. & peſtiferum virus in Confeſſarii ſinu evomas, alio pacto ſanitas animæ, & cum ſanitate quies non ſolet obtineri. Nonne diligẽdus ſummopere Deus, talis largitor theſauri? quanta cum diligentia hic unio pretioſus eſt aſſervandus? quam immortales agẽdæ gratiæ Angelo cuſtodi, quòd hoc inſtrumento nos admoneat, hoc gubernaculo regat, hac anchora firmet ſtabiliatq;. Pluris etiam faciẽda conſciẽtiæ admonitio, quod ſit quaſi Angelicæ cuſtodiæ latens vox, & adhortatio. Agite, itaque, ſi quid tam mali veneni conſcientiã cuiuſpiam morſu lancinat, celeritet. Et id, dũ tempus eſt, expungite, Sacramento Pœnitẽtiæ ulcus; niſi maturè medicinã applicabitis, petet vitalia, & cum morte corporis in æternum animæ exitium invaleſcet.

4. D. Bernardus, libris de conſideratione ad Eugenium planè aureis, diviné ſic ſcribit: Quid enim ditius? quid in corde dulcius? quid in terra quietius eſt & ſecurius, bona conſcientia, damna rerum non metuit, non verborum contumelias, non corporis cruciatus; quæ & ipſa morte magis erigitur, quàm deprimitur. Singula verba percurrenda nobis ſunt & confirmanda.

1. Dicit, nihil eſſe ditius bona conſcientia. Nam non aurum, non argentum; non gemmæ, vel alia ſupellex pretioſa; non ædificia ſumptuoſa, non vineta, non latè patẽtes agri, non ſervitorum multitudo, verarum divitiarum nomen merentur; ſed conſcientiæ rectæ hæc propria laus eſt. S. Scriptura illas divitias vocat mammonam iniquitatis, vocat ſpinas; veræ divitiæ ſunt, eſſe ſorte ſua contentum; hoc ſola poteſt tibi tribuere bona conſcientia. Idcirco Spiritus S. ait: *Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia & nequiſſima paupertas in ore impii.* Si te conſcientia remordet pro- Eccl. 14. *Opes malè partæ, non ſunt opes.*

 pter

pter tuam iniquitatem, vel parentum uſuras, rapinasve, mala merx, malæ ſunt opes, imò æs alienum ſunt, quia reſtitutioni obnoxia: erravi, nihil ſunt: quia bonum & aliquid convertuntur; non ſunt bona, ergo nec aliqua. Quærat quisque & ſcrutetur quo pacto partæ ſint, quas vel ipſe acquiſivit, vel ſucceſſione accepit, quibus artibus, quibus ſtudiis, quo bono vel damno cæterorum: illud enim D. Hieronymi: Omnis dives vel iniquus ipſe, vel iniqui hæres, nimis quàm plerumque verum eſt.

2. D. Bernardus aſſerit nihil in corde dulcius eſſe bona conſcientia. Id quoque veriſſimum eſt: nam, teſte Spiritu Sancto, *Secura mens* (ſeu recta conſcientia) *quaſi juge convivium eſt*: hoc eſt, magna felicitas, eaque perpetua & ſempiterna. Eſt enim bona conſcientia ſimilis beatitudini cœleſti, eſt quaſi guſtus quidam beatitudinis æternæ, eſt quaſi quoddam palatii cœleſtis veſtibulum quaſi pignus & arrha nobis in anteceſſum ſolutionis numerata. Quàm deberet hæc conſideratio nos inflammare ad conſervandam conſcientię puritatem? Gaudium certè ſpirituale non procreatur rerum copia, non vana mundi gloria, non prolis fœcunditate, non corporis ſanitate, ſed tantum conſcientiæ puritate, quæ etiam ſola veram gloriam tribuit, juxta illud Pauli: *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, &c.* Quare ambitioſi fruſtra illam quærunt in honoribus, in dignitatibus, in genere, in humana doctrina, in hominum vana laude & admiratione.

Prov. 1.

2. Cor. 1.

Auctor ſermonum ad Fratres de eremo, ſer. 10.

Sancta conſcientia vermem mentis excludit, eſt Paradiſus delitiarum, variis bonorum operum virgultis conſita, variiſque virtutum coloribus purpurata, & ſuaviter cœleſti gratia irrigata. Eſt thalamus Dei, palatium Chriſti, habitatio Spiritus Sancti, &c.

3. Ne

3. Ne metuatis hanc vobis gloriam, hanc voluptatem, has divitias facilè ereptum iri. D. Bernardus providè addidit: Bona conſcientia nihil in terris eſſe quietius, nihil ſecurius, & idipſum explicans, adjungit. Damna rerum non metui, nec verborum injurias, nec corporis cruciatus, quæ morte ipſa magis erigitur, quam deprimitur. Audi mundi pulle, audi carnis mancipium, audi terrenæ glebæ aſcriptitie, nihil eſt, quod damnum vel in opibus, vel in fama, vel in corpore amplius formides, ſi cures bonam conſcientiam retinere. Docet hoc te B. Paulus: *Confidimus*, ait, *quia bonam conſcientiam habemus, in omnibus volentes bene converſari.* Apoſtolorum diſcipulus B. Martialis: Nihil, inquit, illis metuendum, quibus bona eſt conſcientia. Quid enim metuerent? rerum amiſſionem? ſciunt ſe illas non dominio, ſed precario accepiſſe; ſibi non datas, ſed accommodatas; ſciunt ſe omnia, quæ verè ſua ſunt, ſecum ſemper portare: ſciunt poſſe ipſis etiam regna, & fortunas auferri, virtutem non poſſe, ſi nolint. Sciunt verum eſſe illud Tobiæ: *Pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habemus ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene*, hoc eſt, ſi habemus bonā conſcientiam, abundè divites ſumus. Tum nec ſpicula linguæ alienæ timenda: quia D. Ambr. auctore benè ſibi conſcius falſis non debet moveri, nec plus ponderis æſtimare in alieno cōvitio, quā in proprio teſtimonio. Idē judiciū S. Aug. cui⁹ illa magnanimitate & prudētia præclara ſunt: ſenti de Auguſt. quidquid lubet, ſola me corā oculis Dei conſcientia non accuſet. Item: Conſcientiam malā non ſanat præconium laudantis nec bonā vulnerat opprobrium convitiantis: nec coronare nos poteſt laus falſa; nec damnare vituperatio falſa. Nec nō illud: obeſt nihil, ſi ex humanis tabulis eū deleat humana ignorantia, ſi ex libro viventium

Heb. 13. Epiſt. ad Coloſ. c. 4.

Non metuenda honorū jactura.

Tob. 4.

Non calumnia, & cōvitia.

Lib. 1. de offic. c. 5.

Ca 1. contra Secundinū. Manichæū.

Lib. 1. Hom. 35.

Epiſt. 137.

eum non deleat iniqua conſcientia. Sequamur igitur ſaluberrimum D. Gregorii Magni conſiliũ, Epiſt. ad Paladium: ſive laudemur, ſive vituperemur, ad mentem nobis ſemper recurrendum: & ſi in nobis non invenimus bonum, quod de nobis dicitur, magnopere dolendum: ſi non invenimus malum, quod nobis improperatur, vehementer gaudendum. Ex quibus facilè alia duo membra colligimus: ſi bonum, quod de nobis dicitur, invenimus, gaudendum non in nobis, ſed in Deo, à quo illud accepimus, & non ſuperbiendum: ſi malum invenimus, quod imputatur, vehementer dolendum, non tamen deſperandum; ſed ad Metanœæ pharmacopolium confugiendum.

Lib. 8. Regiſtri epiſt. 48.

Multo minus bono animo corporis cruciat⁹ ſunt extimeſcendi, ac ne mors quidem, ait B. Bernard⁹: Cur hanc, vel illos metuant, qui ſibi probè conſcii ſciunt, nihil homini hic timendum præter culpã, prĉter peccatum, mortem deſiderant boni, ut portum naufragii, ut finem dolorum, ut belli diuturni & periculoſi lauream: ſciunt beatos, qui injuſtè patiuntur, & ferunt: ſciunt ſe ſic probari, non damnari. Vnus hæc nos omnia abundè Jobus docet. Vnde, quęſo fiebat ut illum non tot abacti greges, non tot opes ademptæ, non tot ruinæ impetu oppreſſorum pignorum interit⁹ inopinatus permoveret, ſed nudum ipſa nuditas, miſerum ipſæ miſeriæ, quaſi oblectarunt; nudum ſe ingreſſum, nudum egreſſurum caneret, & ut pro beneficiis Deo laudes pſalleret? *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſit nomen Domini benedictum.* Vnde hæc, niſi quia, ut ipſemet ait, eum *cor ſuum non reprehendebat in omni vita ſua.* Non illum criminationes amicorum, non aliorum contemptus, non uxoris blaſphema irriſio, & acerbiſſima inſultatio vincebat, hanc increpabat, illos refellebat, omnes monebat: diceres adhuc in throno ſedere regnantem.

Non mors. *Iob. 1.* *Iob. 27.*

Vnde

Vndehoc? quia cor illum non reprehendebat: plaga peſſima percuſſus, totum corpus ſcatebat ulceribus, ſanies defluebat, omnibus membris velut cavernulis erodentes vermiculi erumpebant; vivum cadaver erat; his cruciatibus nec tantillum frangebatur; ſaniem velut otioſus teſta radebat, putredinem ſororis, vermina fratrum loco amplexabatur, & (ut Tertulliani verbis utar) erumpentes beſtiolas in eosdem ſpecus & paſtus foraminoſæ carnis revocabat. Vnde *murus hic aheneus & robur triplex* circa pectus tam calamitoſum? quia nihil ſibi malè conſcium erat, quia nullis culpis palleſcebat. Fortunæ illud regnū diabolus abſtulerat, proprium & animæ æquæ imperiū nec abſtulerat Jobo, nec ulli noſtrum poteſt auferre. Nihil ergo æqua conſcientia quietius, tranquillius, ſecurius. *Liber de patientia c. 14.*

Epilogus: Talia tantaque ſunt rectæ conſcientiæ bona, qualia quantaq; eſſe oſtendi, quibus omnibus privantur, & in contraria incurrunt damna, qui pravam ſibi conſcientiam formant & conſciſcunt. Quisquis igitur divitias, gloriam, lætitiam, conſtantiam, quietem, ſecuritatem, &, ut uno dicam verbo, quæ in hac vita poteſt percipi, beatitudinē cupit, neceſſarium eſt prorſus, ut integritatem conſcientiæ, qui poſſident, ſi qui poſſident, ſedulò & cautè cuſtodiant, nec tantum ſibi bonum unquam ab ullo eripi patiantur: quos verò cor reprehendit neceſſe eſt ut conſcientiæ ſuæ librum volvant. Diſcutiamus ſinguli hunc codicē, digeſta hæc aſſiduè digeramus, in hoc veræ ſapiētiæ volumine legendo ac relegendo ſimus aſſidui, ſuperbię cunctos apices eradamus, luxuriæ lituras eluamus, iræ aſperitatem levigemus, lividas invidiæ maculas diluamus, per internas lachrymas, per ſinceram contritionem, per integram ſatisfactionem: ad hoc, inquam, enitamur, ut in conſcientiæ penetralibus non amplius ſtabulentur, *Pulſis vitiis virtutum germina efloreſcent.*

dira inferni monſtra, ſuperbia, invidia, luxus, libido ſputca; ſed naſcatur viror gratiæ Spiritus Sancti, ſuccreſcat humilitas, ſobrietas, caſtitas, charitas. Sic accumbemus jugi convivio, ſic verſabimur in delitiarum Paradiſo, ſic ingrediemur in Sancta Sanctorum: quò nos dignetur perducere Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Amen.

XXI. DE SILENTIO ET TACITVRnitate ſeu oris cuſtodia.

V.P. Del Rio orat. 4. de ſilentio.

Lib. 3. Eccl. hiſt. c. 28.

Conſule Stimulum virtutum lib. 3. c. 22.

EXORDIUM: Pambum Ægyptium, unum ex illis priſcis pœnitentiæ laude claris, & divina ſapientia imbutis Anachoretis, narrat Socrates cum litterarum eſſet ignatus, ad unum ex doctioribus & antiquioribus Monachis acceſſiſſe, ut ab eo Pſalmos edoceretur. Propoſuit ei principium Pſalmi 38. *Dixi cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Quod cum audiiſſet, recuſaſſe ulterius diſcendo progredi, quia (ſic ajebat) ſi paucula hæc verba poſſet opere implere, hoc ad perfectionem ei ſuffecturum. Abiit, nec ſemeſtri toto magiſtrum adivit, à quo cùm objurgatus, quòd ad reliqua diſcenda non rediiſſet, ſeſe Pambus excuſavit, petiitque ignoſceret magiſter, ſe primum verſiculum nondum reipſa tenere. Poſtea multis annis elapſis, ab alio interrogatus, num verſum illum jam probè calleret? Quadraginta & novem annis, reſpondit ſe illum vix adimplere valuiſſe.

PROPOSITIO: Vt hoc à viro prudenti & exercitato jure optimo dictum eſſe intelligatis, ſingula adeò brevis ſententiæ vocabula perpendendo, de taciturnitatis virtute, & neceſſitate, oris cuſtodiendi, refrænandæq; linguæ paucis dicam.

PARTITIO: 1. de neceſſaria noſtri cuſtodia, & periculo viarum humanarum, maximè juvenilis ætatis, dicam 2. nihil aptius, aut utilius ad ſui cuſtodiam eſſe linguæ fræno oſtendam.

CON-

CONFIRMATIONIS I. *pars*: David, conſideratis hoſtium erga ſe inſidiis, conatibus, perſecutione, & humana fragilitate, ac vitæ huius periculis, intelligebat ſibi opus eſſe diligente ſui cuſtodia ne in aliquod verbum impatiens, aut virtuti manſuetudinis, fortitudinis, aut alteri, minus conſentaneum erumperet, quòd cum intellexiſſet, dixit in animo ſuo, hoc eſt, conſtituit vel decrevit apud ſe (ut S. Ambroſius. S. Auguſtinus, Origenes, & Beda interpretantur) aureum iſtud: *cuſtodiam vias meas*. Interpres noſter maluit uti verbo dicendi, quam loquendi, ad ſignificandam ſtabilem & immutabilem deliberationem: dicere enim in S Scripta decretum animi deliberati firmum ac ſtabile ſignificat. Propoſitum internum initium eſt omnis boni facinoris priusquam determines, interna conſultatione utendum, poſtquam conſulueris & conſtitueris, maturè facto eſt opus. Mature facit; qui prudenter ac conſtanter facit, immaturè qui quod cœpit, non perficit. Sapientis viri eſt in bono, & maximè in rebus fidei, animo eſſe firmo & ſtabili; ſtultorum propria eſt levitas deſultoria. Ariſtoteles auctor eſt; hominem improbum & inſipientem ingenio eſſe mutabili, neque eundem videri manè & veſperi, bonum verò & ſapientem ſemper ſibi ſimilem eſſe, neque mores mutare. Seneca Lucilio ſcribit in hæc verba: Hoc habent inter cætera boni mores, placent ſibi ac permanent, levis eſt malitia, ſæpe mutatur, non in melius, ſed in aliud. Syracides ait: *Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur.* Pius & ſanctitatis ſtudioſus ſemper animo in ſapientiæ meditatione perſtat, nec nubibus paſſionum aut adverſitatum extrinſecus incurrentium quicquam de animi trãquillitate ſerenitateq; deperdit: imò nec metu, nec gratia poteſt induci, ut alios doceat, vel eis illud loquantur, quàm

Pſal. 18.

Circumſpicere nos multa neceſſe eſt in laxandis ſermoni habenis multaque intervenïät oportet, ut linguam velati cuſtodia & vinculis emittamus.

7. *Ethic*: I

Epiſt 47.

Ambroſ. de Noe & Arca. c. 12.

Eccl. 27.

quod veræ ſapientiæ (Dei, inquam, præceptis) novit conſentaneum. Juſtus ſimilis eſt Soli: nam Sol nulla nubium tellurisve interpoſitione fit in ſe obſcurior, aut cogi poteſt, quò minus nitatur ubique ſplendorem ſuum diffundere, aut ut contagione ulla rerum ſordidiſſimarum, quas luce illuſtrat ſua, ſordidetur. Stultus autem facili negotio amittit, ſi quid ex eo virtutis emicabat, & leviculis occaſionibus impellentibus, à bono in malum, & ab uno vitio in aliud defertur. Lunam imitatus: quia Lunæ nunquã idem diu vultus, modò corniculans, modò gibboſa, modò rotũda, modò dimidia, modò plena, modò lucida, modò maculoſa, unde Græci καὶ ἀντίφερσιν σελήνην dixerunt, quòd eadem effigie non maneat. Stultum Syracides vo-

Serm. 82. cat peccatorem, de quo S. Ambroſius: utinam, inquit, muteris, ô ſtulte, ſicut Luna: illa enim citò in plenitudinem ſuam redit, tu ad ſapientiam nec ſerò converteris: illa velociter colligit quod amiſerat lumen, tu nec tardè finem recipis, quàm negaſti. Gravior ergo tua, quam Lunæ mutatio eſt. Hæc Ambroſius. Malebat Solem imitari David;

Sermonem neceßitate loquendi definitio. ideò firmiter ſtatuit in corde ſuo: *Dixit* utiq; ſibi ipſi fallere peregrinum, vel alienum grave eſt, civem aut propinquum gravius, patrem aut patriam graviſſimum; quia quo alicui plus debes fidei, hoc infidelitas deteſtabilior cenſetur. Nonne ergo ſeipſum fallere, ſibimet mentiri, maximopere deteſtandum? Quò plus tibi ipſi amoris, tantò plus debes & fidei. Nihil igitur ſtultius, aut turpius quàm ſeipſum fallere. Cui fidus, qui ſibi non fidus? cui bonus, qui ſibi nequam? infidus & nequam eſt ſibi, quisquis, quod ſibi, ſe teſte, pollicitus, non præſtet. *Dixit* ergo ſibi ipſi David ſeriò & aſſeveranter: *Cuſtodiam vias meas.* Quò majus periculum imminet, hoc majori opus eſt cuſtodia; majus autem periculum nobis imminet belli, quàm pacis

tempo-

tempore, & bello majus, ſi hoſtis ſit vafer, quàm ſi ſtodilè ferox; nocturno etiam tempore majus, quàm clara luce. Vah! quam in hoc mundo nos denſæ ignorantiæ tenebræ circumcingunt! In his ipſis tenebris colluctatio nobis eſt cum hoſte veteratore maximo, priſco & inſopito dracone, qui non minus acutum noctè quam die cernit, nec ullas unquam miſeris homulis inducias concedit. Multiplici igitur opus eſt cuſtodia. Nam primum neceſſe eſt eos Deus cuſtodiat; *Niſi Deus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.* Secundò cuſtodiunt nos Angeli; quisq; enim noſtrum ſuum peculiarem habet Angelum cuſtodem. Tertiò vult Deus, ut nos ipſi quoq; noſtri met cuſtodes ſimus. Moyſes præcepit Iſraeli: *Cuſtodi igitur temetipſum, & animam tuam ſolicitè.* Non quomodocunque ſed ut ii ſolent, qui valdè ſibi cavent ab inſidiis latronum; ut ii ſolent, qui contra hoſtem ſub armis gradiuntur. Ideò idem Legiſlator paulò poſt: *Quando egreſſus* (ait) *fueris adverſus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala.* Hebraicè *Mikol dobborroch*, quod exponi etiam poteſt, *ab omni verbo malo*, Nam *dobbor* rem & verbum ſignificat. Neceſſarium igitur eſt Chriſtiano, cui quotidiana non ſolùm cum carne, ſanguine, mundo; ſed cum diabolo, quoq; pugna eſt, qui ſemper in procinctu verſatur, abſtinere ab omni non facto ſolum, ſed verbo quoque tam vocali, quam mentali, hoc eſt, cogitatione cum peccato conjuncta, neceſſe eſt ut cuſtodiat (ut loquitur Zacharias,) *cuſtodiam ſuam*, hoc eſt, diligentiſſimè non ſolùm ſe cuſtodiat, ſed etiam animum adjiciat & reflectat attendere, an qua par eſt diligentia cuſtodis probi munus exſequatur: hoc enim perfectionis, etiam benefacta in examen vocata librare, ſi quo unquam tempore iſto noſtro neceſſarium id magnopere. Si quando dies mali fuerunt, nunc ſunt peſſimi; ſi

Deut. 4.

Deut. 21.

Zach. 3.

quando tempora periculoſa, nunc capitalia; ſi quādo noxia fuēre hominum colloquia & converſationes, nunc lethalia & prorſus venenata. Vbique fraudes, pedes, & *plurima* ſpiritualis *mortis imago.* Quarè *ſolicitè cuſtodienda eſt anima noſtra* ut monet Moyſes, *& veſtimenta noſtra*, ut Joannes ne nudi ambulemus, hoc eſt, opera bona extrinſeca, ne latrones ſpirituales ea nobis meriti reddant expertia, deniq; *cuſtodiendum cor, os, aures, oculi, & pedes,* ut monet in Proverbiis Salomon, hoc eſt, omnia quæ in nobis, vel circa nos ſunt. qui cor cuſtodit, linguam facilius cuſtodiet; qui linguam, ipſas quoque actiones, cujus actiones licentioſæ, lingua quoq; effrenis, & cujus ſine fræno lingua eſt, cor quoque infrænatū eſſe conſuevit. Itaq; David ſtatuit cuſtodire omnes vias ſuas, & mentis, & linguæ, ut & nos ejus exemplo omnes noſtras cuſtodiamus. Ad idem hortatur nos Jeremias Propheta, cum ait: *Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra:* & cauſam hujus cuſtodiæ nobis proponit his verbis: *Oculi Domini aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam ut reddat unicuique ſecundum vias ſuas & ſecundum fructum adinventionum eius.* Non ut ſpectet tantùm quid cogites, dicas, agas: ſed ut quod dignum retribuat. Iob. ait: *Nonne ipſe conſiderat vias meas & cunctos greſſus meos dinumerat?* Si greſſus omnes hujus noſtræ peregrinationis Deus dinumerat, & quales ſint, quove tendant, conſiderat, qualitatis exactus penſiculator, quantitatis juſtus remunerator, quanta cura viæ noſtræ nobis cuſtodiendæ? Etſi verò omni ætati cuſtodiendæ, tamen illi maximè, quæ cerea in vitium flecti, aſpera monitoribus, utilium incurioſa, & affectib9 impotens reſiſtere, adoleſcentia. Quoniam juvenes incipiunt per ſcrupoſa maris, & candicantium vadorum tænias, Scyllas inter & Charybdes vitæ ſuę cymbam propellere, hos ſibiipſis invigilare, opor-

Apoc.16. *Prov.4.* *Bern. ſerm. de cuſtodia manus linguæ & cordis.* *Aug in Pſ.110.* *Cap.7.* *Cap.32.* *Cap.31.*

oportet; ſed & alios oportet illis diligentius invigilare, parentes dico, tutores, curatores, pædagogos: ad hanc cuſtodiam centum oculis indigent. Nec enim difficilior Inachiæ juvencæ cuſtodia fuit Argo, qui totus oculeus fuit, quàm ſit curatio hodiernæ juventutis. Neque mirandum, cùm tam multa huic ætatulæ inſidientur: *diabolus*, qui adhuc teneros vult ſuæ ſervituti addicere; *mundus*, cujus fallacias nondum ſunt experti; & illa, quæ quo blandior; hoc illis moleſtior, calore, & ſanguine æſtuans, *caro*. Omnes adoleſcentes in bivio Herculis hærent, viarum alteram ineant oportet, vitæ, aut mortis æternæ. Salomon ævi ſui ſapientiſſimus ſcripſit, *tria ſibi eſſe ignota, & quartum ſe penitus ignorare, viam aquilæ in cœlo, viam colubri ſuper petram & viam navis in medio mari, ſibi eſſe ignotam, ſed viam viri in adoleſcentia* (hoc eſt, vita in juvenili ætate progreſſum) *penitus ignorare*. Prov. 30.
Aquilæ via myſticè denotat fraudes diaboli, qui avibus cælipetis, quorum converſatio in cælum tendit, ſolitus inſidiari. Colubri via denotat inſidias hæreticorum, qui potiſſimum illos veneno ſuo perimunt circa terrena deſideria repere. Via navis in medio mari, eſt vita perditorum hominum, qui per lubricas, & falſas hujus ſæculi undas, per mare iſtud pellax & infidum, flabris dæmonis, mundi, carnis huc illucque rapti, tandem ſubmerguntur. Diabolus ſicut aquila ſublimi volatu hominum oculis eripit; hæretici ſicut angues, tortuoſis ſpinarum flexibus ita ſe flectunt, inflectunt, reflectunt, contorquent, retorquent, extorquent, ut orbis modò, mox jaculum, mox glomus aliquis vel nodus eſſe videantur, caput certè à cauda nequeas diſcernere. Studia profligatæ vitæ hominum ſimilia ſunt navi, quæ nulla certa ſemita per maris fluctuoſum æquor delabitur, nec ullum tranſitus ſui veſtigiũ vel orbitam derelinquit. Sic

ado-

adoleſcens(ut ait venerabilis Beda) qui viam veritatis ac virtutis ſemel deſeruit, difficile eſt cogitatu, quò per ſingulas horas, & in quot cogitamẽta vaga mente vecors declinet. Mens eius inſtabilis nunc per cupiditates gloriæ mundanæ, quaſi per aërem aquila rapitur: nunc cupiditate rerum terrenarum dettacta in ſolum glebis affigitur, & ut ſerpens terra veſcitur: nunc in cupiditate libidinum & carnalibus ſordibus, velut voraginibus cœnoſis, volutatus: aut ſicut mari naves velivolæ, ſic multiuola voluntate hodie in unum, cras in alium gurgitem ſinuoſum illabitur. Cùm talis ſit adoleſcentiæ via, ſapienter Salomon eam ſibi prorſus incognitam eſſe profitetur; quis enim de re tam inſtabili ſtabile judicium ferat? Iure optimo
Gen. 12. Toletani quarti Concilij Patres dixerunt: Omnẽ ætatem ab adoleſcentia in malum eſſe pronam, & nihil incertius adoleſcentium vita. Ideò decet nos, qui hunc ætatis ſcopulum transnavigamus, frequenter adoleſcentiæ noſtræ peccata recolere ac deflere, & cum Davide Rege non illius ætatis defenſionem coram Deo inſtituere, ſed à Deo potiùs oblivionem & miſericordiam depoſcere, dicentes: *Delicta juventutis meæ, & ignorantias ne me-*
Pſal. 14. *mineris.* Quare cogitate vos, ô Adolescentes, quo pacto vitam veſtram vos deceat inſtituere, ut hunc periculoſum ſcopulum prætervehamini, ſtultus eſt, quisquis mavult poſtea, quando incertus erit an exorabit, culpæ veniã poſtulare, quàm nunc cùm poteſt, culpam vitare. Fugite, & cavete, ne vos tunc pudeat, quod nunc cauiſſe oportuit. Vos autem Provectiores, quibus juvenum regendorum & lubricæ ætatis ſiſtendæ cura incumbit, cum omni ſtudio cuſtodiam hanc cuſtodite, advigilate, obſervate, occaſiones peccandi ſurripite, aditus corruptelarum obſtruite, tanquam Deo rationem redditùri animarum, quæ negligentia, oſci-

oſcitantia,remiſſione,puſillanimitate, aut præpoſtera indulgentia interibunt: requiret à vobis ſanguinem Deus eorum qui peribunt; requiret etiam Chriſtus ſanguinem ſuum, qui culpa veſtra in illis perit,de manibus veſtris.

Vos,vos, ô Parentes, qui facilitate & licentia liberos veſtros corrumpitis, qui, quos malè diligitis,negligitis,quibus malè parcitis, eos perditis, dum connivendo ſinitis in peccata & animæ mortem ruere; quin etiam (ô ſcelus!) ad mores pravos malo exemplo præitis, coram Deo parvulos veſtros ad ſaxum eliditis, in divinis ſubſelliis rei parricidii reputabimini,&, quod Scriptura ſacra adeò graviter toties execratur, ſemen veſtrum myſticè per nefariam idololatriam Moloch offertis.Aſſuefacite deinceps illos à teneris unguiculis pietati & honeſtati,non turpiloquio, non conviitiis,rixis, petulantiæ, impudentiæ,mendacio, juramentis,blaſphemiæ: docete modeſtè ſe gerere,ut adoleſcentes decet; aſſueſcant dæmoni reſiſtere,carni non blandiri,peccatum odiſſe, Deum timere,ut decet Chriſtianos.

Optimè Sanctus Chryſoſtomus ſcripſit lib. tertio contra vituperat.Vitæ Monaſticæ: A prima ætate inchoandum eſt dimicare contra peccatum; videlicet ſtatim ac doli capaces eſſe cœperint pueri,quando inter bonum & malum,inter honeſtũ & turpe incipiunt diſcernere. Non fruſtra David poſtulabat pueritiæ peccata ſibi remitti: quia nec illa ætas peccati expers eſſe conſuevit; dirigenda ergo jam tum,& tenellulæ plantæ, ut oportet inflectendæ.Nobis verò quotquot adſumus, curandum,ut firmi in hac noſtra cuſtodia perſiſtamus, nec unquam ab hoc propoſito nos ſinamus dimoveri, memores de cunctis dictis,factis, cogitatis, ſtrictam nobis reddendam rationem cuncta videnti oculo,qui,cùm nihil eum lateat præmium pœnamve

namve pro meritis unicuique redditurus. Quæ conſideratio continua & jugis Davidi adeò efficax fuit, ut ad perfectionem illum perduxerit. Nonne ait? *Servavi mandata tua, & teſtimonia tua:* Quomodo potuiſti tot, tam ardua Legis antiquæ? unum reſpondet: *Quid omnes viæ meæ in conſpectu tuo.* Scribit Palladius, Pambum decedentem adſtantibus affirmaſſe, ex quo eremum incolere cœpiſſet, nullum ſe unquam protuliſſe verbũ, quod prolatum nollet. Perfecit ergo quod initio promiſerat: *Cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Quod ille vix annis quinquaginta conſecutus, non eſt quod putemus nos facili negotio conſecuturos. Sed quod ille tandem fuit conſecutus, id conſtantia noſtra, & divina gratia opitulante, nos tandem conſecuturos non eſt deſperandũ. Quam lætum & quàm ſecurum credamus ex hac vita migraſſe, quem nullius prope criminis conſcium taciturnitas ſervaverat.

Merul. li. 4. Serm. de Tacitur. Hiſt. Lauſ. cap. 10.

CONFIRMATIONIS 2. *pars per tranſitionem:* Oſtendi nihil magis neceſſarium homini, quàm vias ſuas cuſtodire: nunc ut oſtendam, quam neceſſaria ſit linguæ diligens cuſtodia, exponam vobis cauſam, ſeu originem, damna, & remedia garrulitatis, ut vos inde ſilentii ac moderationis in loquendo natales, commoda, & media adipiſcendi hanc gemmulam colligatis.

Gradu. 11.

Loquacitatem ſcribit Beatus Climacus ſolere ex tribus oriri, inani gloria, ventris ingluvie, perverſa conſuetudine. Ita profectò ſe res habet: inanis gloriæ cupidi plurima ad laudem propriam pertinẽtia effutiũt, ut videantur multa ſcire, legiſſe, audiviſſe, vidiſſe, geſſiſſe; ne quis neſciat quales ſint, aut fuerint. Plerũq; qui ſteriliores verę laudis, hoc pacto falſam ſollicitius aucupantur: eſt enim jactantia ſuperbiæ filiarum una, teſte Sanct. Gregorio. Qui verò cibis pleni, vino æſtuant, proni-

L. 31. Moral. c. 31.

crum-

erumpunt in ſcurrilia, litigioſa, otioſa verba: quare Theologi multiloquium & ſcurrilitatem tradunt eſſe gulæ filias. Denique quicunque improbam mentiendi, jurandi, blaſphemandi conſuetudinem imbiberunt, miros in peccatis hujusmodi progreſſus faciunt, & docet experientia, vix illos liberari hoc morbo poſſe, adeò ut mendaces eò tandem perveniant, ut cùm reliqui eos mentiri intelligant, ipſi ſibi vera dicere videantur, aut adeò ſaltem veriſimilia, ut nemo non debeat credere. Quem morbus horum trium aliquis loquendi tenet, eum Cato Cenſorius negabat unquam tacere; ſimilem enim eſſe veternoſo, quem urget aſſidua ſitis bibendi & dormiendi. Silentii cauſſæ contrariæ ſunt, humilitas, ſobrietas, conſuetudo linguam compeſcendi. Qui humilis eſt, ac ſui deſpector, facilè de ſe tacet, & ideò facilè quoque ſilet de aliis. Sobrius ſobriè loquitur, abſtinens ſe à ſcurrilitate & omni turpiloquio; ebrius ut & vanus, verboſa gaudet loquela; ſobrius taciturnitate. Qui temperare linguam à detractione, mendacio, juramentis conſuevit, parvus illi labor & jucundus eſt hęc eadem & graviora linguæ vitia declinare.

Quis vino ſolutus opportuno linguam fræno coercuit; Magnum ſobrietatis ſpecimen ſilentium eſt. Sapientia tempeſtiviſſimo vero altius homine ſapere videtur quiquis cùm loqui poſſit, tacere ſuſtinet: quippe ut antiqui cenſebant, loquendi magiſtros habemus homines, tacendi Deos.

Vitia porrò damnaque, quæ ſecum loquacitas adducit, maxima ſunt & grauiſſima: virtutes & commoda, quæ taciturnitas parit, non ſunt pauciora nec leviora, *Qui cuſtodit os ſuũ*, ait ſacra Scriptura, *cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala.* A quibꝰ illa animam cuſtodit? *Ab anguſtia*, inquit idem Sapiens, *ab omni moleſtia & preſſura.* Quæ mala ſentiet iſte? Primò penuriam & egeſtatē virtutum ac bonorum omnium: *Vbi verba ſunt plurima*, ait ſpiritus S. *ibi frequenter egeſtas.* Ut enim vites, quæ foliis multum luxuriant, vini haud multũ proferunt; ſic qui multa de virtutibus garriunt & jactitant, rarò virtuti cōſen-

Prov. 13
Prov. 2.
Loquacitas virtutes perimit.
Prov. 14.

ta-

taneas actiones edunt. Nimis magnum videtur, & non niſi Heroum (quod de Romulo Livius prodidit) dictis factiſq; perinde quem eſſe magnificum. In primis ſapientiam garrulitas expectorat; nec fieri poteſt, ut vel ſapiens fiat garrulus, vel ſi garrulus quis eſſe incipiat, ut ſapiens perſeveret. Veriſſimũ eſt illud Plutarchi: Vaſa inania maximè tinniunt: ita quibus minimum eſt mentis, hi ſunt loquaciſſimi; quia hujuſmodi hominibus verba non in pectore, ut Homerico Ulyſſi, ſed ſicut Therſitæ, ſine more & modo loquenti, in ore naſcuntur, & optimè illis convenit Eupolidis dicterium: λαλεῖν ἄριστος, ἀδύνατος λέγειν, latrare optimus, dicere ineptiſſimus. Qui nequit linguam comprimere, ſtultum ſe prodit, & ſimilem cani cujus femur jaculo transfixum. Ille currit, ſaltat, gyrat ſe, ululat, nec conquieſcit, donec vel jaculum excidat, vel extrahatur: ſic homo linguæ immodicus nequit conquieſcere, donec verbum conceptum effutiat. *Sicut ſagitta in femore canis; ſic verbum in ore ſtulti*, dictum eſt Syracidæ, qui etiam mulieri parturienti eundem comparat. Vix quicquam frequentius in ſacra Scriptura occurrit, quàm ſilentio ſapientiam manifeſtari; ſæpe ſtultos, dum ſilent, ſapientes habet.

Homerus ut oſtenderet ipſam eloquii ſuadã vocis interdum exilio cõdemnandam, Vlyßi facũdißimo homini ſummam adſcripſit taciturnitatem.

Eccl.19.
Io3 13.
Proverb.2.
Ecc.10.

Nec ſapientia ſolùm, ſed & fides garrulitate perit: arcanum fruſtra, & cum damno tuo garrulis committas: ſimiles illi ſunt puerulo glaciem manu tenenti, quam, quia pellucida eſt, nollet amittere; ſed, quia lubrica eſt, nequit retinere: Ita garruli nec quod crediderit tacere poſſunt, quia rimarum pleni hac illac perfluunt, neque ſi divulgent, haberi vani & infide vellent, quia ſilentium & fidem pulchras virtutes judicant.

Denique quidquid feruoris, Spiritus devotionis illis Deus largitur, hoc confeſtim prodigunt, tum quia virtus eorum adhuc tenella, urente vanæ gloriæ

næ gloriæ vento ſtatim exſiccatur: tum quia ſicut ſi balnei oſtiũ crebrò patefacias, calore paulatim emiſſo frigeſcit; ſic qui multa ſine neceſſitate loquitur, licet pulchra ſint & præclara quę loquitur, tamen per oris januam caloris interni multum exire neceſſe eſt. Quin etiam multa ſubibunt animũ, quibus ille maculetur & defædetur: ſicuti ſi dolii os patulum relinquas, & culices involabunt, & vinum præſtans in vilem vappam degenerabit.

Spoliat ergò garrulitas & præceps loquacitas hominem ſpiritualibus divitiis; ſed & malorũ gravium Iliadem ſecum adducit: illa graviter proximum ſauciat: illa garrulum cunctis facit exosũ: illa pœnitentiam adfert, ſed ſeram pœnitenti: illam Deus atrocibus ſuppliciis punire conſuevit. Loquaces Auditoribus etiam amiciſſimis continuò obtundendo moleſtiam permagnam adferũt. Hinc B. Antiochus eos comparat ardenter & contagioſè febricitanti, item acri & nares vulneranti fumo, item ruſtico ſaturo aliis, graveolentiam aliis inſpiranti, quas peſtes diligenter cunctifugiunt: ſed moderatè & tempeſtivè loquentes confert umbrę refrigeranti, auræ ſalutari & amœnæ, & nobili unguento ſuavè fragrantiam ſuam in circumſtantes diffundenti, quibus omnes gaudent, & ad ea, ut muſcæ ad mulctra, convolant. Quam ſæpè verbum unum leviter prolatum amicitias optimè colligatas diſſoluit? Ideo Sapiens aſſerit: *Qui dimittit aquam, caput eſt jurgiorum.* Quod explicans Beatus Gregorius ait: Aqua dimittitur, cum linguæ fluxus effunditur, ſed dimiſſor aquæ caput jurgiorum efficitur: quia per linguæ incontinentiam diſcordiæ origo propinatur. O lingua, lingua, membrum optimum, ſi bono vaces; peſſimum, ſi malo: cares oſſibus, ſed hominum oſſa, hoc eſt, virtutes, comminuis; obtuſum & carne-

Serm. 16.

Prov. 17.
lib. 5. Moral. Cap. 11.

um fruſtum es, attamen in ſacra ſcriptura ſagittæ acutæ & novaculæ meritò compararis, quia plures penetrantius, quàm ferreum ullum telum conficis & trucidas. Trucidas quem petis, trucidas auſcultantem, trucidas narrantem.

Præterea quàm frequenter profert quis verbulum, quod poſtea quovis pretio vellet non prolatum? Veruntamen ſicut auem è manu avolantem retinere & recipere nequis; ſicut navim plenis velis è portu fugientem non potes retrahere: ſic planè *ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum*: avolat verbum; ſed relinquit in læſi præcordiis infixum jaculum, durat inflicti vulneris dolor, violẽtas agit iras animus, & vindictam coquit.

Vah! quam quotidiana hæc infenſiſſimi hoſtis noſtri cacodæmonis victoria eſt? ut avis ramo, ſic ille petulanti primùm inſidet linguæ, & exſpectat numquid inde queat decerpere; mox cùm homo laſciviùs aliquid, vaniùs, mordaciùs, dixerit, id abripit, & ſimul roſtro fodicat conſciẽtiam noſtram, & veneno corroſorio infuſo ſauciã deſerit; deinde cùm afflictos & deſperabundos videt, victor exſultat, & miſeriæ noſtræ lætus inſultat, ſic nobis noſtro jumento malum arceſſimus.

In Matth. Hom. 92. Linguam noſtram iumentũ eſſe ſcribit S. Chryſoſtomus, ſi prudentiæ & ſapientiæ Chriſtianæ fræno illam rexerimus, & coegerimus ire tollutim, gradarium facimus equum, quem Chriſtus Dominus aſcendere, & eo vehi non dedignetur: ſi huc illuc infrænem jactare ſe & ſubſilire, & diſcurrere hinnibundum ſiverimus, calcitronem, & ſuccuſſorem caballum facimus, dignum diabolo jumentum, indignum Deo. Petrus Damianus, *Ser. 2. de vitio linguæ.* vir ingenio, eloquio, & ſanctitate æuo ſuo nobilis, ingenioſè nos comparat avi, quam vocat turdelam, cui quod comeſum & digeſtum egerit, tandem eſt necis cauſa: ex eius enim fimo frutice

cem

cem gigni, quem viſcum appellant, de cuius humore tenax ille liquor viſcus conficiatur; huius illa poſtmodum tenacitate glutinoſa capitur. Sic ex eo, quod ipſi prius cibus fuit, ipſam quoq; aucupi cibum fieri: ita nos cum immunda, atrocia, vana vel alia, quæ nos dedecent, proferimus, laqueos nobis nectere & gluten conficere, quibus poſtea vafri dæmones nos aucupentur, vinciant, devorent. Nonne igitur veriſſimè dictum à Salomone: *Mors & vita in manu linguæ*; eò quod lingua homini bonorũ & malorum cauſa. Quare Aegyptii ſacrificantes Harpocrati (hunc ut ſilentii numen venerabantur, qui & Sigalion dictus) clamabant: Lingua fortuna, lingua dæmon: & Græci dicere ſoliti de ſuis Oratoribus, linguam ire ut urbem ædificet, quam mox ſit deſtructura. S. Chryſoſtomus dictum illud ſapientis explicans, ſcribit, ideo in noſtra poteſtate mortis ac vitæ dominium poſitũ; quod permiſſum nobis ſit lingua vel ad ſalutem, vel ad exitium uti: poſita ut gladium in medio, quem ſi in hoſtẽ ſtringas, ſaluti fuerit: ſi in tua viſcera convertas, necem illaturum, non quia talis ferri natura eſt, ſed quia tam pravum utentis cõſilium: pari ratione linguam ſi adverſus dæmonẽ & peccatum armetur, vitæ vitalem fore: ſi in proximos vel in Deum, mortiferam penitus & lethalem. Quantopere formidãdum hoc vitium, quòd gladius eſt anceps, utrinq; acutus ad necandum? Multos in ore gladii cecidiſſe ſcimus, ſed non pauciores per linguæ vitium interiiſſe novimus. Rectè ait David? *Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo*: indicans vitæ calicem eſſe linguam, quod omne bonum vel malum infundat. Mala lingua, teſte B. Iacobo, eſt *κόσμος τῆς ἀδικίας mundus iniquitatis*, quod in ea ſcelerũ genus omne congeſtum ac acu-

Prov. 18.

Hom. 4. de Baptiſ.

Pſal. 33.

mulatum reperiatur. Sat de damnis & malis: nūc de remediis & medicina diſſeramus.

Ser. 3 ad Frat. in Eremo. 1 Ut ſit diligens reminiſcentia horum damnorum, loquacitatem nos ſpiritu, devotione, fide, ſapientia, cæteris virtutibus ſpoliare, reddere cunctis contemptibiles ac odioſos; ſerere diſſenſiones, odia, bella, parvam eſſe (verba ſunt S. Auguſtini) fauillam, quæ in magnam ſæpe flammam vertatur; ſurculum, qui creſcat in ſylvam; guttam, quæ in flumen tumeſcat; illius vulnera ferè eſſe immedicabilia & delicti ſeram pœnitentiam, vehiculum & viſcum eſſe diaboli, gladium & mortem in eius manu.

Gre. Thaumat. in c. 5. Gal. 2. Eſt, ut recordamur nos, licet longè à cælo degamus, ubique Deum habere verborum noſtrorum auritum teſtem, qui quæ nos levia, ipſe gravia cenſet; quæ nos jocoſa, ſeria reputet. Sicut enim benè viuendo, & probè loquendo Deum lætificamus: ita perverſa & ſuperflua loquendo, eūdem mærore afficimus, hoc eſt, cauſam præbemus ſufficientem; ut ſi affectiones iſtæ in Deo locum haberent, iis rum [illegible]geretur. Vas electionis D. Paulus, poſtquam juſſit Epheſios omni ſe malo ſermone abſtinere, ſubjicit: *Et nolite contriſtare Spiritum Domini ſanctum*, ſignificans eos, qui talia loquuntur, nō terrenum aliquem Monarcham, qui, quantumvis iratus; animam certè alterius nequit perdere, nec Angelum duntaxat cuſtodem, quem ipſum etiam contriſtamus, ſed Spiritū Sanctum (qui Deus eſt, & corpus, animamq; poteſt in gehennam mittere) graviter offendere. Ah! quàm multi quotidie propter intemperantiam linguæ inferni cruciatibus mancipantur? *Cap. 4.* *Gravis pœna.*

3. Remedium eſt, cogitare hoc crimen longè tetrius eſſe, quàm prima facie videtur. Vnde putatis primum peccatum proceſſiſſe? nōne unde princi- *1. de Offic. 5. c. 2. Pſal. 14.*

cipi-

cipium ſuppliciorum? hoc autem (ſi D. Ambroſio credimus) ex voce manavit. Peccatum nullum prius peccato Angelorum reperio. Quale hoc locutionis: Nam Lucifer dixit ſibimet: *In cælum conſcendam, ſupra aſtra Dei exaltabo ſolium meum*, &c. Quod quia dixit in corde ſuo, præcipitatus fuit in profundum laci, in imum inferni. Quid homines? Viciſſent, ſi Eva tacuiſſet. Memor ſerpens nequiſſimus (fors ipſemet ille Lucifer) ſe propter mentis hoc verbum corruiſſe, per vocale verbum primos parentes tentavit. Vtinam vel Adamo tunc aures obturatæ, vel Evæ lingua vincta fuiſſet! illius, ne conjugem loquentem intelligeret; huius, ne, quæ è ſerpente audierat, marito nuntiaret. Nunc illa nuntiavit, & ille uxorius mortem & peccatum (ſerpentis venenum) in omnem poſteritatẽ transmiſit. Quid multa? Pleræq; in ſacra Scriptura peccatorum pœnæ linguæ ſunt incontinentiam ſubſecutæ. Cain quidem ſe parricidio maculârat, ſed non ante divinam ſenſit damnationem, quam ſacrilegæ vocis mendacium addidit. Babyloniæ turris ædificatores eo maximè Deum offenderunt, quòd linguam ſuam jactabunda ſuperbia magnificarunt. Quinque illis nefariis urbibus Deus flammeos imbres non impluit, donec *clamor eorum in cælum aſcendit*, & Sodomitæ ad conatum nefaria quoq; verba adjecerunt. Maria ſoror Moyſis ob murmurationem lepra percutitur. Dathan & Abiron, re, & verbis contentioſi terræ hiatu obſorbẽtur. Quid ſingulis immoror? Iſraeli tacenti mare ceſſit, murmurantem inopinæ flammæ involuerunt, nec ſemel illis lingua noxæ fuit; crebro peccarunt, crebro dirè luerunt. Samſonem robore, oculis, libertate, vita, garrula futilitas ſpoliavit. Ananiam & Saphiram mors ſubita oppreſſit, quia non erubuerant Spiritui ſancto mentiri. Cur creditis

Gen. 4. Gen. 1. Gen. 19. Cap. 16.

ditis in D. Lucæ Evangelio divitis epulonis, linguę ardorem potiſſimum commemoram, cujus omnia membra flammis torrebantur? afferat lingua (ut fit in conviviis) loquendi ſtudio, ardebat incendio damnationis. qua maxime parte deliquerat, maximè cruciabatur, fartus olim venter epulis ardebat, manus in Lazarum parcæ ardebant, ad bonum pigri pedes ardebant, totum corpus, byſſo veſtiri ſolitum ardebat, nec manuum tamen, nec pedum, nec ventris, nec reliqui corporis dolorem cauſſatur; ſed particulæ hujus ſolius: nonne, ut diſcamus, hoc lubricū membrum cruciatus diriores & promereri, & juſtè perferre. D. Gregorius memorat quandam Sanctimonialem, quæ carnis continentiam integram ſervârat, ſed linguæ procaciam atq; ſtultiloquium non æquè declinârat, in Eccleſia S. Laurentii ſepultam fuiſſe, & eadem noctè cuſtodē ædis per revelationem vidiſſe, corp⁹ eius quaſi redivivæ ante altare ſiſti, tum ſecari in partes duas, & earum ſuperiorigne crematam, imam intactam remanſiſſe, quod manè ſurgens fratribus narravit, & locum oſtendit recentis buſtuarii, & combuſtionis veſtigia æquè antè altare in marmore viſa, ac ſi illic cadaver igne corporeo noſtro fuiſſet concrematum. Quem non terreat ſeveritas iſta pœnarum? nonne peccari atrocitatem abundè declarat? ideò D. Paulus fornicationi, immūditiæ, avaritiæ, graviſſimis criminibus adnumerat, & prohibitione adæquat ſcurrilitatem turpiloquio, & inutilem illam urbanitatem, quæ græcis *ἐυτραπελία* dicitur, quam hodie pleriq; ſolam & ſolidam prudentiam exiſtimant. D. Paulus verò vir prudentiſſimus, & Deo plenus, teſtatur ad rem non pertinere, aulicā ſeu vanam & putidam urbanitatem. Si ad rem non pertinet, ut non eſt illius ſeriæ rei, certè otioſa eſt. Si otioſa, quis dubitet de illa exactā aliquando

Lib. 2. Dial. cap. 5.

Ephes. 4.

do rationem reddendam: Nos miſeros! quam rationem reddemus de tot millibus non otioſorum ſolùm, ſed etiam criminoſorum & ſceleratorum verborum? Eorum etſi pondus non tam grave foret, quam indicat eſſe veritas ſacræ Sciptur æ, multitudo nobis foret plurimum extimeſcenda. Leve vel exiguum cenſes, quod tam gravib9 ſceleribus Apoſtolus annumeravit? de quo ſe rationem ſeriam Chriſtus aſſeruit exacturum; an parvi momẽti malum, quod te tam eximiis bonis denudat, tot malis involuit? Eſto, unum verbulum aut alterum otioſum ſit leve, exiguum, venia dignum peccatũ, quid pluma levius? quid arenæ pulviſculo minutius? poſſes tamen arenæ vel plumarum tantum coaceruare, ut Hercules & Atlas ſub onere fatiſcant, & duriſſima cervix, velut Olympo impoſito preſſa frangatur. Quid imbecillius tenuis ſtillicidii caſu, & ſaxo firmius? attamen ſtillicidii caſus lapidem cauat: quid tenuius una roris guttula? tamen ſi guttulæ multiplicentur, doliare vas ſic implebunt, ut exundet: ita credite, animam tandem quaſi obrui & opprimi multitudine verborum otioſorum, & iis vires eius ſic atteri atque conſumi, ut lethifera verba (in quæ garruli proclives) vix queat arcere, aut aliis capitalibus irritamentis reſiſtere.

Ex loquacitatis fluctibus ad tutũ ſilentii portum confugiamus.

4. Stultitia & vanitas garrulitatis conſideranda eſt. Opponimus oſtiis peſſulum, ne fures reculis noſtris immineant: & oſtium linguæ, quæ cuſtos eſt optimi theſauri, favoris & gratiæ divinę, quem portamus in vaſculis luteis corporis huius, huic, inquam, theſauro oppoſitam linguæ januam ſinimus omni vento & auræ nugacitatis patere. Auceps accipitrem non emittit manu, niſi cernat ardeam: Venator aſtrictum nodo canem te-

net,donec prędam videat:nos verba in aërem mittimus, quæ non, ut canem vel accipitrem poſſumus revocare,nulla nobis propoſita utilitate. Qui mœnia quatiunt milites,machinas illas ſulphureas,niſi ruinæ ſternendæ ſpes affulgeat, non explodunt: Chriſtiani verba volant incaſſum, nec rarò feruntur in proprium exitium. Arcus à nemine fruſtra flexis cornibus intenditur: Chriſti ſanguine redempti mortales eodẽ ſanguine crebrò purpuratam linguam laxant in turpia,falſa,inutilia, otioſa colloquia. Nihil natura, vel auctor naturæ fruſtrà facit. Quid Deum dico,vel naturam? nihil bruta, nihil inanimą mixta, nihil elementa operãtur,aut quoquam moventur,niſi ad certum finem ſuæ conſervationis: ſolus homo,ſublunarium dominus omnium, quæ illi ad propriam ſalutem & Dei gloriam data eſt, partem nobiliſſimam linguam fruſtrà movet,exerit, impendit: quodq; tetrius & inſanius eſt,quod ad vitam accepit, in exitium ſuum convertit. O malitiam multis ſupplicii condignè puniendam!

Quid ad hæc Deo rationem poſcenti poterimus reſpondere? qua nos argumentorum ſubtilitate expedire? quo colore vel prætextu excuſare? plena monitis ſacra Scriptura, pleni conſiliis Orthodoxi Patres: ratio ipſa,& quotidianą experientia idem clamant. Quid in tanta luce queat ignorantiæ patrocinari? An *difficultas præcepti*? ſed facilius longè eſt tacere, quam multa loqui,& adeſt vovolenti,oranti,& cooperanti fauor gratiæ divinæ. An *periculum*? Sed ſemper tuta taciturnitas, ſemper loquacitas periculoſa. An quod viſum indecorum aliis loquentibus ſilere? Si indoctus aut imprudẽs es, nihil tibi honeſtius,quia nihil vitio tuo tegendo accommodatius: nam tacens ſtultus nihil tacente ſapiente videtur imprudentior. Si prudens

dens aut doctus es, nihil de opinione detrahet ſilentium: ſi multum garris, audies pro gravi levis, pro ſerio futilis, pro cato inſipiens, pro diſerto, prudente, modeſto, blatero, nugator.

Epilogus *hortabitur Auditores exemplo Regis Davidis verè regio & viro divino digno ad ſilentium, maximè cùm adverſarius in faciem convitio vel maledicto nos cadit.* Quando Rex & Propheta David per Abſolonem filium ſolio eſſet deturbatus, profugus à Semei viro peſſimo convitiis maledictis, lapidibus fuit laceſſitus. *Egredere*, inquiebat Semei, *Egredere vir ſanguinum, & vir Belial, &c.* quo pacto quis poſſet hoſti calcato amarius inſultare? quid intolerabilius auditu vel vili mediaſtino? Attamen illa abjectus, & plebeius & ſubditus, & ſolus, & inermis ingerebat Regi, viro animoſo, forti, manu prompto, cincto cohortibus armatorum. Neque ſolum lingua Semei tam erat injurioſus, ſed & nudis pedibus euntem ad montis pedem, ipſe per montis jugum incedens, lapidibus petit, terra & pulvere injecto dehoneſtat. Multa David toto vitæ decurſu perpeſſus fuerat aſpera & dura toleratu: ſed iſtud mihi videtur omnia ſuperare. Nam florido vitæ vere transacto, quando poſt tot victorias cunctis vicinis regibus jure metuendus, rerum præclarè geſtarum fructu pacificè illum perfrui par erat, fit ſubitò profugus, extorris, vagus, depulſus, ſolio expulſus regio, non ab hoſtium exercitu, ſed à proprio filio, quem ſenii ſui ſcipionem, & ſcutum, decus, ſolatium, & præſidium fore ſperarat. Tam duris patri, duriora ſi queant Regi accedunt, mœrorem pudor aggravat, infamiam depluunt, imbres lapidum, pulveris & conviciorum: illa corpus feriebant, hæc animum fodiebant. Intolerandum id aliis viſum, qui comitabantur. Præcipuè cognatis eius Joabo & Abiſai. 2. Reg. 15.

Joab minorem natu ad cædem ſtimulabat convitiatoris Abiſai fræno, quam calcari potius indigebat; æſtuabat enim iracundia, & jam in clamantis manu ferrum vindex vibrabat. *Quare maledicit canus hic moriturus, domino meo Regi? vadam & amputabo caput ejus.* Hoc tantum clamavit, & dicta exequi properabat. Quis non vel legens vel audiens, principis huius pro Rege ſuo zelum laudet? Quis non deteſtetur caninam ſceleroſi Semei maledicendi rabiem? David verò Rex nec verbulo uno reſpondit ipſi convitiatori, ſed repreſſit juvenem ferocientem, & culpam agnovit ſuam, convitiatorem defendit. *Quid mihi & vobis*, ait, *filii Sarviæ?* nihil mihi vobiſcum commune. Cur me vobis ſimilem iracundum, & vindictæ appetentem arbitramini? *Dimitte eum ut maledicat mihi.* Non odi injurium, mala eius dicta me non lædunt, malefacta non moror, plura paratus perferre, quia ſic mereor. Scio unde hæc mihi, & quare. Dominus communis illi & mihi, præcepit ei ut malediceret David. Cur reſiſtam divinæ voluntati; cur detrectem quod jubet, à quo nihil niſi juſtum jubetur? Scio quare præceperit, miſertus mei præcepit, neceſſarium id mihi ſcio. Vult me peccati pœna citius abſolvi, iſta, quæ vobis aſpera videntur, me non lædunt; læderent, ſi me lædi opinarer; læderent, ſi ultionem cogitarem; læderent, ſi odiſſem. Nunc non expeto ultionem, quia ſcio me commeritum graviora: non odi, quia diligo divinæ juſtitiæ adminiſtrum: non iraſcor, quia patcendum ſcio, ut mihi Deus parcat: non contriſtor, quia ſpero id mihi olim profuturum. Non ignoro providentiæ divinæ conſuetudinem, humiliat ſuperbos, humiles exaltat, occidit, & vivificat, noſtra manſuetudine & patientia, velut philtro ad amorem provocatur. Ille quos diligit, caſtigat; ſi fideles

inve-

invenit & tolerantes, vertit mœrorem in gaudium, & luctum in canticum, & bonis implet animam eſurientem.

Vide quàm rectè dixerit Pſalmo 38. *Poſui ori meo cuſtodiam, cum conſiſteret peccator adverſum me.* Pro cuſtodia Hebraicè eſt Machſom, quod capiſtrum ex fiſcella ſignificat, q. d. os meum conſtinxi fiſcella ſpartea, ut canum aut mulorum ſolent, ne mordicibus quenquam poſſint ſauciare. Pſalmo trigeſimo octavo addit: non ſolùm ore tacui, ſed & corde, quo me ipſum deprimebam, cogitans me criminibus anteactis juſtiſſimam tantæ contumeliæ & vilipenſioni cauſam præbuiſſe. Hæc cogitatio quaſi frænum ori meo injecit, hæc lupatum linguæ impoſuit; ſic iſta ſilentii mater, virtus humilitatis, cauſa fuit ut obmuteſcerem. *Pſal 38.*

Quemadmodum verò David convitia Semei ſilentio tranſmiſit; ſic Chriſtum ſcimus in magno illo Synedrio ad primam illuſionem militum, & coacervata teſtimonia mendaciſſima quaſi piſcem obmutuiſſe. Scimus velatum, & ſecundo deriſum petulantius, conſtantius ſiluiſſe, ut audivit ſe præjudicio Pontificis morti addici adhuc tacuiſſe; cùm apud præſidem pertinaciſſimè vanis vocibus accuſaretur, nec verbum repoſuiſſe ſcimus; adeò ut præſes valdè miraretur. Et quis non vehementer admiraretur, cùm & crimina fœdiſſima objicerentur, ſeditio, impietas, divina & humana majeſtas læſa, & tam futiliter probarentur, ut vel ſola negatione poſſent dilui? Item amandatus ad Herodem, curioſè de multis interrogatus, ac ſi circulator vel præſtigiator foret, tacuit, & quia tacuit, ſpretus ab impio tyranno, candida veſte per ludibrium induitur, ut candidatum reum, velut novum ex Africa monſtrum, vel deridiculum morionem ſannis & cachinnis *συνέδριον. conſeſſus concilium.*

omnes

omnes exciperent: ſed & tunc tacuit. Veſte hac exutus, & flagris totus lacer, conſputus faciem, caput corona ſpinea confixus, & arundinem pro ſceptro tenere juſſus, ut ſcenica larva Rex fictitius, chlamidem coccineam indutus, producitur in theatrum, & adhuc tacuit, crucem ſuam bajulat, manus pedesq; confixus, diſtentis oſſibus & nervis ligno affigitur, ſuſtollitur, felle & myrrha potatur, cum iniquis deputatur, blaſphemiis Sacerdotum, militum, & ſociorum ſupplicii petitus pergit tacere, nihil reſpondet, ſolummodò pro ipſis orat Patrem, & exorat.

Lib. 2. inc. ult Ioan. Rectè igitur Cyrillus ait Alexandrinus: Ille quidem Dominus omnium & Deus verus clementer tulit: nos autem miſeri, terra & limus, qui Herbarum viriditati à Scriptura collati ſumus, ſi quis de proximis lapſu linguæ minimum quicquam contra nos dixerit, more draconum in eum inſurgimus, & mille verbis pro uno vituperantes ſaturari non poſſumus: non quia ut homo lapſus eſt, nec propter communem infirmitatem hominum, iram deponimus, ſed ad ultionem irruentes, *principem & conſummatorem fidei noſtra Ieſum non reſpicimus*, nec recordamur modò ſcriptum eſſe, quia *eorum via ad mortem, qui iniuria memores ſunt*, modò *relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur.* Hactenus Cyrillus.

1. Pet. 2. Cum malediceretur, &c.

Non ſolùm autem malis verbis nos abſtineamus oportet, ſed & ſumma diligentia adnitamur neceſſe eſt, ſuo loco, ſuo tempore, coram quibus oportet, optima quæque de theſauro cordis lingua proferre. Hinc David ait, ſe etiam à bonis tacuiſſe, cum mordaci ſcommate & pudendo convicio à Semei eſſet ictus. Sciebat enim *tempus eſſe loquendi, & tempus eſſe ſilendi*. Sciebat medicinam, ſi tem-

Pſal. 38.

ſi tempore non commodo applicetur, ex beneficio in veneficium verti. Sciebat hunc filium Belial tunc temporis aſpernatorem fore omnis admonitionis; exaſperandum potiùs, quam emendandum. Et vos ſcitis, non ſemper fraternæ correptioni locum eſſe, quæ ad corrigendum, non ad corrumpendum inſtituta. Quapropter nonnunquam prætermittenda correptio jurantis, vel turpia loquentis, ſi ſit probabilius in praviora proruprurum, & mala pejoribus cumulaturum. Non omnia cunctis, & ubique, & omni tempore conveniunt. Bonum eſt vinum, ſed malum febricitanti. Reprehenſionem eſſe malam deriſori docet nos Spiritus Sanctus, Prov 9. & 13. cap. Formidabat David inaurem auream naribus ſuillis inſerere: metuebat margaritum apro objicere; ne furoris ungulis illud calcans fœde diſrumperet, timebat ne monitionem aſpernanti damnationem acceleraret, cumularetque graviore pœna. Quia *viro qui corripientem dura cervice contemnit repentinus ei ſuperveniet interitus, & ſanitas eum nonſequetur.* Inimicum igitur David, quem loquendo corporis exitio eripuerat, eundem tacendo ab animæ interitu, quantum in ipſo fuit, præſervavit. Qui ſic tacuit, valido clamore aures & ſinum clementiæ divinæ penetravit. O quàm utile in omnem partem ſilentium eſt! ſi peccati, quod objicitur, es reus, tace; ne negando culpam exaggeres: ſi non agnoſcis, tace ſecurus & gaudens teſtimonio conſcientiæ. Nunquam aliena verba crimen affingent, etſi adfingant, ſi propria illud conſcientia repellet, & conviciator, qui abs te animo tantopere abhorret, qui mordet, qui laceſſit, nunquam ferè objurgationem tuam benignè auſcultabit, magis intumeſcet, & efferabitur. Semper itaque ſecurius eſt conviciis petito, ſi taceat,

Prov. 15.

Prov. 29.

taceat, ne, dum Bacchæ bacchanti conetur medicinam facere, ex inſana reddat inſaniorem. Optimum factu fuerit interea precibus Deum ſolicitare, illi negotium fraternæ ſalutis delegare, efficaciusque ipſe; quam ulla tua bona dicta medebitur. Amemus ergo pro Chriſto contumeliam pati, angamur animo & doleamus, quod videamus contumelioſos propriæ animæ nocere.

Cùm ſpes deeſt emolumenti, jubet prudentia tacere, imperat charitas hunc dolorem & æſtum animi compeſcere, & perferre potius, quàm majores mali (quod ex defenſione vel admonitione probabiliter impendebat) ullam occaſionem præbere. Glorioſior tibi triumphus futurus de hoſte inviſibili, quem ſcias occultè incitare miſerum, & adeſſe convitiatori, quam de homine, quam de fratre tuo victoria. Vinces tacendo, qui vinci poſ-

D. Ambroſ. in Pſal. 38. ſes loquendo. Apprehende, ô miles (Chriſtiane) in hoc prælio ſcutum validiſſimum circumſpectæ munitionis ſilentium. Inſiſte fidiſſimæ ſtabilitatis fundamento, in quo qui poterit ſtare, lubricum verbi timere non poterit. Ægrè taces? ergo loquere, ſed corde, ſed Deo: lingua taceat, mens precetur. Meditare ſilentium Chriſti coram Præſide: Mariæ, coram improbis civibus: Davidis, coram adverſario. Dignior & major tibi conviciatur, tace; vilior & minor conviciatur, tace; difficilius hoc, ſed magnanimius; illum ſine, Deum

Pſal. 104. adi, precare pro adverſario, ſicut David, cuius eſt illud: *Pro eo ut me diligerent detrahebat mihi, ego autem orabam* (pro iis, qui diligenti detrahebant;) ſicut Apoſtoli, *qui cum maledicerentur, benedicebant*; ſicut verè juſti, quorum proprium eſt ini-

Matth. 5. micos diligere, juxta illud Chriſti; *Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro*

per-

perſequentibus & calumniantibus vos, ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cœlis eſt, &c. Implevit hoc præceptum David priusquam lex nova promulgaretur, nos legi jam latæ & receptæ non obtemperabimus? Deus hanc nobis gratiam largiatur, ut toties loquendo ſuperati, aliquando tandem tacendo vincere incipiamus.

Germana perfectiones & filiorum Dei nata.

INDEX
RERVM ET VERBORVM INSIGNIORUM HUIUS LIBRI.

A.

ABelinnocens, pag 81.130.131 & ſeq.

Abraham Patriarcha, 43.132.& ſeq.

Abuſus rem tollere non debet, 6. 191.120.121

Academia, 16.105.106.168. cur hæreticis exoſa, 115.117.118. 126.127

Adamus Protoplaſtus, 36.61.& ſeq. 72.73.89.95.130.187

Adloeſcentes ad labores & miſerias perferendas adhortantur, 9.& ſeq.

Adoleſcentia ad intemperantiam prona. 234 235.74. qualis, 192 36

Ægyptii, 51. populorum antiquiſſimi, 32

Ægyptus Monachorum ferax, 82 & ſeq.

Æſchylus hominem dicit umbra ſomnium, 66

Agathocles Syracuſanus Rex, 51. & ſeq.

S. Agnes Martyr, 75.76

Albertus Cranzius, 76

Albertus Hero, 58

Alexander hæreticus, 29

Alexander Magnus Macedonũ Rex, 51,113 203

Alexander Severus Imp. 51

Alexandria Ægypti urbs. 82

S. Ambroſius, 76.& ſeq. 78 81.& ſeqq. 142.147.160.176.201. 203

Amoris furor, 85

Anachoreta, 117.118.134.135.171

Anaxagoras, 54

S. Andreas Apoſtolus, 155

Angeli, 57.& ſeq. 129.& ſeq.

Angelorum Hierarchia, 62.63

Anima corpori præſtat, 8

Animæ cura habenda, 78.& ſeq. 29.30. munditia quid cauſet, 129. moleſtiam omnem quid diſcutiat, 145.& ſeq. pulchritudo eius, quomodo conſervanda, 50.& ſeq.

Animarum cura gravis ſarcina, 183

S. Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, 192

Antiſthenes Philoſophus, 21

S. Antonius, 137. quam diligens conſcientiæ exactor, 26.28

Antonius Muretus, 31.97.104

Apelles pictor, 102.108

Apollonius, 166

Apollinarius, 146

Apoſtoli, 109.134.155.& ſeqq.

pœni-

pœnitentiæ præcones, 188. & ſeq. cur rudes & indocti à Deo electi, 18
Arbitrium liberum hominis, 62
Arcadius Imperator, 190
Ariſtippi de indocto judicium, 11
Ariſtoteles, 11.20. & ſeqq. de doctis ſententia, 1. de Sacerdotibus, 17 168
Arithmetica, 115.133
Arriana hæreſis, 100.166
Arrius hæreticus, 166
Artium mater & origo, 47. principia, 115.122
Aſſyrii, 109
Aſtronomia, 123
S. Athanaſius, 78
Athenagoras, 167
Avaritia Clericorum taxatur, 172.
Avicenna Maurorum acutiſſimus, 39
S. Auguſtinus, 39.83.89.95.106.116.117.146.155.178 185.191. hæreticorum malleus, 166
Aulici, 153
Aurelianenſe Concilium, 169
Auſonius Poeta, 27

B.

S. Bartholomæus Apoſtolus, 155
S. Baſilius, 48.75.76.138.
Beatitudo, vide felicitas æterna quomodo acquiratur, 45.46
Beda, 176
S. Bernhardus, 29 & ſeq. 50.76. 85. dignitates fugit. 184
S. Bernardi de conſcientia examine conſilium, 26
Berillus, 166
Biblia à ſectariis corrupta, 116
Bonum, 135

C.

S. Cæcilia Martyr, 75.77
S. Cæcitas, 48.49
Cain, 130. & ſeq. 187.245.
Carnis mortificatio, 86. & ſeq.
Carolſtadius, 147
Carolus Magnus Imp. 165
Carthago, 31
Caſſiodorus, 143
Caſtitatis dignitas, 75. & ſeq. fructus & utilitates. 76.77. jucunditas & pulchritudo, 78. & ſeq. ad eam conſervandam media. 83.84. & ſeq.
S. Catharina martyr, 78
Celſus, 99
Cenſor ſui cur nemo idoneus, 29
Charitas virtutum regina, 95
Chriſtus, 95. leoni à Simſone interfecto comparatur, 08. pœnitentiæ præco, 188. ſummus Sacerdos, 185
Chriſti in nos adventus quomodo cognoſcitur, 42. & ſeq.
Chilon Spartanus Philoſophus, 39.

S. Chryſoſtomus, 15. 27. & ſeq. 77 78. & ſeq. 80. 85.
Cicero, 5. 32. & ſeqq. 34. & ſeqq. 51. 85. quam diligens conſcientiæ ſcrutator, 27. Oratorum princeps, 9. 34
Civitatis finis. 22. & ſeq.
Cleanthis Philoſophi inaudita vigilia, 10
Clemens Alexandrinus, 125
Clemens I. Papa. 184
Clerici indocti quales, 17
Clericorum avaritia taxatur. 173. 174. contubernium cum fæminis vetitum, 176. & ſeqq. vitæ licentia, vulgo nocet, 172. & ſeq.
S. Climacus, 89. 154. 238
Collegiorum finis, 25. 167
Columba, 139
Concordia, quomodo ſervetur, 5
Concubinarii, 176
Confeſſio, 1. pœnitentiæ filia, 45
Conjugum officium, 14. & ſeq.
Conſcientia, 216. & ſeq. quotidie examinanda, 223. 224. & ſeqq. 26. 27. & ſeqq quomodo, 3. & ſeqq. ejus tranquillitas, 226 jucunditas, 226 227. ſecuritas, 228. germen virtutum, 229
Conſtantia, 162. exempla, 192
Conſtantinus Magnus, Imp. 100. 164
Contemplatio rerum divinarum & poſſeſſionum humanarum an opponantur, 195
Continentia, 54. 88
Corporis cura habenda, 27. 138. humani de fabrica qui ſcripſerint, 53. pulchritudo & robur, 43. 53. ſtructura mirifica, ibid. & ſeq.
Crœſus Lydorum Rex, 108
Creaturæ armantur & pugnant contra homines, 72
S. Cunigundis Henrici I. Imp. uxor, 76
Cuſtodia ſui, 232. 233. 234
Curioſitas, 50
S Cyprianus, 80. 85. 197
Cyrillus, 32. 96. & ſeq. 152.

D.

Daniel Propheta, 77. 78. & ſeq. 81. & ſeq.
David Rex Iudæorum, 25. 43. 48. 52. 66. 71. 145. & ſeqq. 250. & ſeq. 231. 234. quam diligens conſcientiæ ſuæ ſcrutator, 25. & ſeq. 29. 237.
Deſperatio, 204
Deus, quid, 21. agit per media, 3. bonorum omnium dator, 57. 58. omnium Dominus, 43. 46. humanæ ſalutis cupientiſſimus, 40. matrimonii authoꝛ, 12.

12. *medicina*, 2. *Philoſophiæ cauſa efficiens*, 33. *pœnitentes quam benignè ſuſcipiat*, 202. *& ſeqq. Theologiæ ſubjectum*, 7.
Dei amor unde, 46. *& ſeq. beatitudo*, 57. *benignitas*, 191. *cognitio unde*, 36.37. *& ſeqq.* 42. *& ſeqq. potentia in quo eluceat*, 44. *præſentia jugis meditatio quam utilis*, 128. *& ſeqq. ſermocinatio cum Adamo*, 61. *& ſeq. timor*, 146
Diabolus, 72. *quomodo vincitur*, 84. *& ſeq.* 142. *& ſeq. matrimonium cur odit*, 13. *juventuti inſidiatur*, 235
B. Diadochus, 129
Didymus, 124
Diluvii cauſa, 13.132
Diocles, 143
Diodorus Dialecticus 34
Diſpoſitio rei facile perit, 10
Divitiæ, 43.47.171
Doctores, 116.122
S. Dominicus Epiſcopatus recuſavit, 184
Donatiſtæ hæretici, 166

E.

Eccleſia matrimonium execrantes damnat, 13. *Sacramentum eſſe aſſerit*, 13
Eccleſiæ de Sacerdotibus & Clericis expoſtulatio, 179. *& ſeqq.*
Eccleſiaſticorum avaritia, 172. 173. *gula*, 174. *& ſeqq. modernorum vitia taxantur*, 160. *& ſeq.* 166. *& ſeqq. veterum & modernorum antitheſis*, 156. 157. *& ſeqq. vita licentia vulgo noxia*, 172. *& ſeqq.* 176. 178.
S. Edmundus Cantuarienſis Epiſcopus, 271
Eduardus Angliæ Rex, 76
Elias Propheta 80.81
Eliſæus Propheta, 81.140.153
Eliſabetha Iohannis Baptiſtæ mater, 134
Enoch, 131. *& ſeq.* 153
Epherius Soranus, 57
Epicurus Philoſophus, 128
Epiſcoporum quorundam in manibus imponendis facilitas, 169
Equus bellator apud Iobum quid ſignificet, 26.29
Ethica, 38.94
Ethicæ encomium & utilitas, 38
Eva, 130.245
SS. Euchariſtiæ communio frequentanda, 231. *in primitiva Eccleſia frequens*, *ibid. & ſeqq.*
Eunomius hæreticus, 166
Examen conſcientiæ, 23. *& ſeq. quale eſſe debeat*, 28. *& ſeq. eius gradus*, 29. *futurorum Sacerdo-*

cerdotum quale, 170
Excommunicatio, 204.205
Exercitationes Spirituales, 89. 90. & ſeq.
Experientia ſcientia mater, 22
Ezechias Rex, 133
Ezechiel Propheta, 161

F.

S. Fabianus Papa, 202
S. Fabiola nobilis matrona Romana pœnitentia publica, 190 202.203
Felicitas in quo ſita, 22.57.150. & ſeq.
Fides, matrimonii bonum, 14
Florinus hæreticus, 166
Franciſcus Arias, 81
S. Franciſcus. 42. ſacerdotium averſatus, 184
Frigus facilius, quàm æſtus ferri poteſt, 10

G.

GAlenus, 59. Medicinæ pater, 34.123
Geographia, 34.123
Geometria, 123
Gigantes, 12. 13. eorum origo, 132
Gloria, 46.47.226
Godefridus, Hieroſolymæ & Syriæ Rex, 79
Græci, 57. ab Ægyptiis quæ didicerunt, 32.96.97
Græcorum Imperium cur à Turcis occupatum, 23
Grammatica, 30
S. Gregorius Agrigentinus, 171
S. Gregorius I. Magnus Papa, 26. 110.228
Gregorius II. Papa, 184
Gregorius Nazianzenus, 85.163. 183.246
S. Gregorius Nyſſenus, 48.51
Gregorius Thaumaturgus, 184
Grylli ad ſacros ordines non admittendi, 17
Gymnaſia, 168. ſapientiæ quæ, 82.83.

H.

HAbitus durant, 11
Hæreſis omnium malorum peſſimum, 166
Hæretici, 99.200. cavendi, 9. inter ſe diffident, 120.121. Theologiam Scholaſticam ſtultè rejiciunt, 125. & ſeq. verbo Dei expreſſo nimium tribuunt, 122
Harpocrates ſilentii numen, 243
Hebræi, 51
S Helena Imp. 165
S. Henricus I. Imp. 76
Heraclitus Philoſophus 172
Heraclius Imp. 165
Herodes Chriſtum ludibrio habet, 251
Herculis bivium, 235

Hiero-

INDEX.

Hieroſolyma Eccleſiis exornata, 165
S. *Hieronymus,* 67.84.111.118. 125. 161. 166. 168. 175. 203. *ejus pœnitentia,* 210
S. *Hilario,* 113
S. *Hilarius Epiſcopus,* 166. & *ſeq.*
Hippolytus, 176
Hiſtoria 28
Homerus, 66.69
Homo, 96.122. *Angelis quomodo ſit ſimilis,* 62. & *ſeq. comparatur arbori, navigio & viti,* 50. *quomodo cum Deo & Angelis ſit comparandus,* 35. *Deo quomodo conjungitur,* 46. 47. *omnium Dominus* 59. *ferè omnipotens,* 61. & *ſeq.*
Hominis arbitrium liberum, 61. *caput,* 53. *dignitas & excellentia ante lapſum,* 51. & *ſeq. felicitas,* 59. *Frons,* 53. *lingua,* 56. *imbecillitas,* 72. & *ſeqq. ſumma miſeria poſt lapſum,* 23. 24. 40. 44. & *ſeq. originem Spiritus S. in S. Scriptura cur ſæpe inculcet,* 40. 43. *utilitas,* 43. 44.
Homini beatitudo quomodo ablata, 69. 70. *cum angelis & creaturis quæ communia,* 47. 48.
Hominum genus duplex in Rep. 126.127
Honeſtum quid ſit, 40
Humilitas unde naſcitur, 42.43. 45.48.49.
Hymenæus hæreticus, 29

I.

Iacobus Apoſtolus, 81
Iacobus Pontanus, 78
Iactantia, 238
Ieremias Propheta, 81
S. *Ignatius Martyr,* 73
B. *Ignatius Societatis Ieſuiticæ fundator, quam diligens conſcientiæ ſcrutator,* 27.28
Imperatores ſint Iuriſconſulti, 4
Imperia quomodo retinentur, 179
Indocti à ſacris Ordinibus arcendi, 102.104. & *ſeqq.* 168.171. & *ſeq. quales,* 10
Injuriarum oblivio, 45
Innocentius I. Papa, 176
Iohannes Baptiſta, 81.186. 187. *Bonifacius,* 76. *Chryſoſtomus,* vide *Chryſoſtomus, Damaſcenus,* 79. *Evangeliſta,* 78. 80. & *ſeq.* 95. *Lenſeus,* 21. & *ſeq.*
Iobus, 43.53.145.228.
Ionas Propheta, 193. & *ſeq*
Ioſaphat Rex, 141
Ioſephus hiſtoricus, 81
Ioſephus Patriarcha, 78.87.112. *Ægypti princeps,* 2
Iovinianus hæreticus, 166

R 3 *Iræ*

Iræ remedium, 28.138
S. Irenæus, 166
Iſaias Propheta, 77.108
Isboſeth Iudæorum Regis interitus, 25
Iſidorus, 84.86
Iudæi, 150
Iudas Maccabæus, 150. *ejus de Nicanore victoria,* 150
Iudas proditor, 59
Iudicii extremi memoria utilis, 88.221
Iudith vidua, 78
Iulianus Apoſtata Imperat. 79.99
Iuriſconſultus an dignior Medico, 3
Iuriſconſulti Pontifices & Sacerdotes cur dicti, 5
Iuriſprudentia, 30.34.38.*& ſeqq.* 102.121
Iuriſprudentiæ dignitas, 4. *effectus,* 5. *neceſſitas,* 5. *& ſeq. ſubjectum & utilitas,* 4
Iuſtina Antiochena virgo, 85
Iuſtinianus Imp. 171
Iuſtinus Martyr, 81.134.166
Iuſtitia virtutum regina, 4
Iuvenes à ſacris ordinibus arcendi, 16. *& ſeqq. Philoſophiæ moralis auditores inidonei.* 17.

L.

L*Abor ab honeſto deterrere non debet,* 10
Laboris exempla, 12
Lactantius Cicero Chriſtianus, 111
Lamech, 214
S. Laurentius Martyr, 155
Leo IX. Papa, 184
Levitæ Teſtamenti veteris, 19.*& ſeq.* 178.*& ſeq.*
Lex Moſaica pœnitentiæ imago, 187 *& ſeq.*
Legum effectus, 37.38
Libido, 77
Librorum piorum lectio, 88.89.*& ſeqq.*
Lingua lubricum membrum, 246
Linguæ uſus & utilitas, 56. 241. 242. *& ſeq.*
Literæ celebrem hominem faciunt, 11. *à Græcis ad Romanos dimanârunt,* 32
Logicæ encomium & utilitas, 33. 34 *& ſeq.*
Loquacitate Diabolus homines capit, 242.*& ſeq.*
Lucifer, 42.50
Luciferiani hæretici, 166.*& ſeq.*
Lucretia Romana, 207
Lucum plantari in templo Dei non convenit, 113.114
Ludovicus Bloſius, 88
S. Ludovicus Gallorum Rex, 192
Lunæ & ſtulti comparatio, 232
Lutherus, 120. 127. *Germaniæ Luciger,* 117. *Academias quare odit, ibid.*

M.

S. Macarius, 69. S. Antonii diſcipulus, 143
Machiavelli impietas, 22
Maledicentia: 249
Manaſſes Rex Iudæorum, 193
Manichæi hæretici, 166
Manſuetudo, 45
Marcion hæreticus, 168
M. Attilius Regulus, 109
S. Marcus Evangeliſta, 81. 95
S. M. Magdalena, 142
S. Maria virgo, ancilla Domini, 134. invocanda, 82. 83. 85
Mariti officium, 14. & ſeq.
Martinus Antonius del Rio, 65. 79. 128
B. Martialis, 227
Martyres, 159
Mathematicarum artium dignitas & eminentia, 35. & ſeqq. origo, 32
Matrimonium cur diabolo inviſum, 13. Sacramentum, 14 ejus antiquitas & dignitas, 16, encomium, 12. finis, 13. honeſtas, 12. jucunditas, 15. & ſeqq.
S. Matthæus Evangeliſta, 95
Matthæus Galenus, 177
Maximilla, 166
Maximinus Imp. 78
Medicina, 30. 33. 34. 93. 94. 101. 102. à Deo eſt, 2. ejus cauſa efficiens, dignitas, effectus, finis, neceſſitas, utilitas, 2. 3.
Meldenſe Concilium, 170
Meletius, 53
Membrum optimum & peſſimum, 241
Mentio Dei terret maleficos, 252
Mercurius Triſmegiſtus, 51
Metaphyſica variæ appellationes, dignitas & eminentia, 35
Michæas Propheta, 135
Militiæ labores & miſeriæ, 21
Miltiades Papa, 166
Minima quandoq; maxima frangunt, 247
SS. Miſſæ Sacrificium, 176
Monachi, 134. 135
Monachorum multitudo, 82. & ſeq.
Monſtrum quid, 21
Montanus hæreticus, 166
Monaſteria ſunt ſacri carceres peccatorum, 200. 201
Moloch modernus, 237
Mortificatio carnis, 87
Mortis commendatio utilis, 32. 33 & ſeq. 85. 86. & ſeq.
Moyſes, 63. 96. & ſeq. 98. 129. 132. 133. 135. 153
Mundus laqueis plenus, 139

N.

NAbuchodonoſor Babyloniæ Rex, 50
Nemeſius, 55
Neocæſarienſis Synodus, 184

Nequid nimis, 113
Nero Imp. 99. 100
Nicanum concilium, 164
Nicanor, 150
Nicephorus Hiſtoricus 85
Nilammon, 185
B. Nilus, 129
Ninivitarum nobiliſſima pœnitentia à paſtore ad regem, 189. & ſeq.
Nobilitas, 45. 48. 49
Noe Patriarcha, 132. 153
S. Nonnus Epiſcopus, 142
Noſce te ipſum, 39 48. 49
Notitiæ ſui honeſtas, 40. *neceſſitas,* 46. *utilitas,* 42. & *ſeq. in ea ſcopuli vitandi,* 46. 47. & *ſeq.*
Novatus, 166
Noviſſimorum memoria utilis, 85
Numa Pompilius Rom. Rex & legiſlator, 22
Numerus ternarius, 135

O.

Obedientia, 89 135
Opificum labores, 10
Orator, 106
Orationis fructus & utilitas, 78. & *ſeq.* 150. *ab Ordinibus ſacris juvenes & indocti arcendi,* 16. & *ſeq.* 169
Oris cuſtodia ingens dos, 231. 232
Origenes, 24. 166. 169. 174
Orpheus Poeta, 108
Oſorius, 23

P.

Palladius, 143
Pambus Eremita Ægyptius, loquendi parciſſimus, 230. 238.
Papæ qui inviti pontificatum adierunt, 184
Paphnutii charitatis mirandum ſtratagema, 142
Parentes, 236. 237
Paſcha, 135
Patientia in adverſis unde, 27
Paulinus Romanus, 185
S. Paulus Apoſtolus, 50. 84. 92. 93. 193. 155. 209. 246. 247.
Peccati fœditas, 72. 73
Peccatorum cauſa, 150. *fuga,* 138.
S. Pelagia, 143
Pelagiani hæretici, 166
Pentecoſte, 135
Perfectionis gradus, 135
Perſa, 110
Perſarum Magi, 51
Perturbationum origo & ſedatio, 138
S. Petrus Apoſtolus, 155
Petrus Ioannes Perpinianus, 31
Phariſæi, 49

Philippus Bonus Burgundiæ Rex 152
Philo Iudæus, 58.81
Philoſophia, 31. 94. 100. Dei donum, 32. 33. eſt practica & theorica, 95. ejꝰ antiquitas, 32 commendatio, 31. & ſeq. dignitas, 32. & ſeq. diviſio, 94. 95. & ſeq. felicitas, jucunditas, & neceſſitas, 38. & ſeq. origo & honeſtas, 32. utilitas 33. 34. & ſeq.
Philoſophiæ moralis auditores inidonei, qui, 17. utilitas 33. 37. 38. naturalis antiquitas, origo 35. 36. utilitas, 37, & ſeq.
Philoſophi, 92. & ſeq. in Ægyptũ diſcendi cauſa profecti. 96
Philippus Imp. extra Eccleſiam, ejicitur, 203
Picus Mirandulanus, 51
Pindarus, 102. 109
Plato 27. & ſeq. 50. 96.
Plinius 96
Pœnitentiæ antiquitas, 46. exẽpla 189. 201. procraſtinatio noxia, 212. & ſeq. ſeveritas in primitiva Eccleſia, 201. & ſeq. utilitas, 190 ſeq. adeã exhortatio, 112. & ſeq.
Poëſis 21. 108
Politia ſemper alicuius boni cauſa, 24.
Pollux. 104
Porphyrius Philoſophus, 99
Prælatorum officium, 183. & ſeq.
Proximi amor unde naſcitur, 46
Prudentia in divinis Fabiola Rõ, 203
Pyrrhus Epirotarum Rex 108
Pythagoras, 28. 51

Q.

Quadratus, p. 166.

R.

Regnorum prima cauſſa, p. 21
Regula. 128
Religio regna conſervat. 20. & ſeq. vera in Rep. ſcrutanda, 20 & ſeq.
Remedia contra loquacitatẽ 244 245. & ſeq.
Reprehenſio nõ undiq; conducibilis 253
Reſpubl. quando floret, 24. & ſeq. ſine vera religione & virtute nulla, 22. 24.
Romani, 109. eorum imperium quid enervaverit, 22. ſacerdotes, 168

S.

Sacerdotes concubinarii taxãtur, p. 176. ab omnibus gentibus in honore habiti, 19. quales conſecrandi 17. à vulgo quare contemnantur, 125, 176. 183. cur à vulgo ſelecti, 19
Sapientia perit garrulitate 241.
Scholaſtici 116. 119. ſciendi modus perfectiſſimus, 46 47
Scientia quæ maximè neceſſaria, 46. 47.
Scientiæ finis, 47. mater, 22.
Scipio Africanus, 113

Scriptura S. ſenſus ſpectandus nō litera, 9
Simplicitas verborum laudabilis 109. & ſeq.
Semei Davidis convitiator, 249 250
Seneca 28. 33. 128. 154.
Senſuum voluptas, 175
Serapion, 82. 166
Seth, 132
Serpentis & adoleſcentiæ cōparatio. 236
Silentium 230. 231. & ſeq. eſt ſcutum militis Chriſtiani. 254
Simile, 21. 24. 25. 78 143. 149. 152.
Simon Magus, 16
Socrates 70. Philoſophiæ princeps, 32. fol, 47. 140, & ſeq
Sodomitæ, 245
Solon Atticus 39. Athenienſium legislator, 22
Somnium cujuſdam æditui. 246
Sophocles, 66
Speculi uſus laudabilis, 39
Spes 45. 52
Spiritus nutrimenta, 254
S. Stephanus protomartyr, 80. 155
Stultiloquium. 246. 247
Subdiaconi, 177
Sui ignorantiæ punitæ exempla, 51 52. mala, 48. 49. ſui notitia bona, 30. 50.
Superbiæ remedium 40. 42. & ſeq.
Suſanna, 140
Symachus 67
Syneſius Philoſophus 160. 185

T.

Tabernaculorū feſtum, p. 135, 155
Taciturnitatis commoda & incommoda, 270. 271. & ſeq.
Temporis ratio habenda 31
Terentius Comicus, 77
Tertullianus, 124
Thaidis meretricis mira converſio, 142
Thales Mileſius, 36, 96.
S. Thecla, 75
Theobaldi Anglicani Martyres, 176
Theodoretus, 53, 123
Theodorus Cyrenenſis Epiſcop. 82 & ſeq.
S. Theodorus Monachus 78.
S. Theodoſia, 89. 90
Theodoſius Imp. 165. 177. excommunicationem ſuam, piè deflet, 197. ei 9 pœnitētia publica. 201
Theologia, 31. 33. 38. 92. 97. 67. 107.
Theologia Philoſphiam univerſam ſub ſe continet 194. & ſeq. ſcientiis aliis præferenda 6. & ſeq.
Theologiæ amenitas 107. antiquitas 97. dignitas 92. & ſeq. effectus, 7. finis, 10. laus, 19. & ſeq. neceſſitas 8, 105. ſubiectum & utilitas, 7. & ſeq. 118. & ſeq.
Theologia Scholaſtica encomium 114. & ſeq. officium 122. & ſeq.
Theophilus, 167
S. Thomas Aquinas, 184.

Thraciæ populi, 70
Thrauſi populi. 70. 70
Timor Dei, 46.47.135.
Timotheus S.Pauli Diſcipulus, 18
Tobias, 133
Turca, qui tam latè regnent, 179
Turpiloquium omni opere vitandum, 246, 247. & ſeq.

V.

Valentinus hæreticus, 166
Valerianus Imp. 191
Venatorum labores, 10
Verbo Dei expreſſo non nimium tribuendum, 21,122
Verbum ſæpe graviter obeſt, 242
Veritatis oratio ſimplex. 111. 112
Verba in pectore, non in lingua naſcuntur, 240
Vigilantius hæreticus, 166
Viri boni officium, 27
Virgilius, 27
Virginitas, 75. & ſeq.
Virginitatis exempla 81. *ad eam conſervandam media* 75, & ſeq.
Virtus quid ſit, 20. *legislatorum veterum ſcopus* 22, *Remp. ſervat* 20. & ſeq.
Virtutis præmium, 39.
Viſus voluptas acrior 147
Vita laqueus, eſca, & hamus, lingua eſt, 242, & ſeq.
Vita æterna memoria utilis, 86
Vita genus certum eligendum, 90
Vitium quid, 27.
Vlpianus Ictus. 5.6
Voluntati propriæ renunciandum 88, & ſeq.
Voluptas, 129. *ſenſuum capit ab objecti pulchritudine & bonitate incrementum,* 175, *ſpiritualis acrior eſt corporali,* 149
Vulgus 158, *in Eccleſiaſticorum vita licentia ſcandalizatur,* 172. & ſeq.
Vultus ſudor mortalium pœna, 201
Vultuũ in homine mira diverſitas, 50,54. & ſeq.
Vxor quid, 77, *an ſapienti ducenda.* 78, *uxoris officium,* 14.15,

X.

Xenophon, 50.113

Z.

Zacharias Ioannis Baptiſtæ pater, 134

Laus Deo Deiparæque M.